



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De Optimo Charactere Eloqventiæ, Liber Secvndvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)



DE OPTIMO CHARACTERE ELOQUENTIAE, LIBER SECVNDVS.

Ac primum de eius varietate.

CAPVT PRIMVM.



ST illa nobilium ingeniorum sententijs iactata crebrius assertio, eam demum esse optimam eloquentiae rationem, quae placeat auditoribus, & summum Oratorem nihil aliud esse quam summum populo videri. Quae, etsi prudenter ab amplissimis viris pronuntiata esse videatur, non est tamen ita accipienda, ut deturimus quisque stylus, modo imperitorum aures mulceat, atque delectet, cum inuadit omnes numeros habeat bonitatis infidet enim ipsis sensibus, & verbis recti quaedam, bonique ratio, quae non est alienis semper auribus metienda; sed ipsa in sese leges continet suae perfectionis: Alioquin si tota ex alienis iudicijs pederet eloquentia, idem omnino, & eodem tempore sapientissimus, idem quoque demeritissimus Orator, & dicens ius esset, & habendus. Narrat Philo vidisse se in Theatro, cum aliquis recitaret, alios se in plausus, & mirabiles etiam quosdam effudisse, alios non secus, ac stipites immotos haesisse, alios etiam aures oclusisse, adeo importunt acromatis eos subtrahere. Quid igitur dicemus? eum ipsum (qualiscunque tandem fuit) siue actorem, siue oratorem, & potentissimum in dicendo fuisse, & frigidissimum, & ineptissimum: potentissimum, qui tantos plausus colligeret; frigidissimum,

qui non magis, quam stultus, moueret auditores; ineptissimum, qui tantam auribus inferret molestiam. Absit illud quidem: sed de oratione prius sit prudens iudicium, & quo longe nobilior sententia, quam ex imperitorum hominum affectibus videtur expectanda. Etsi enim scenae (ut aiunt) seruire, magnae est dexteritatis, & ferme impudentis est ingenij, auditorum iudicia non reuereri, quibus magna ex parte cauendum est. Nullo tamen pacto orationis vitia, quod placeant, ideo virtutis, aut pulchritudinis speciem induent. Itaque ineptum Oratorem, qui multitudinem demulceat, felicior, quam sapientior, putabo. Contra, optimum, cui minus studia responderint, non ideo pessimum iudicabo. Ut enim in nummis eueniret, si quae ratio nummos ex corio, aut ferreo mallet, quam monetam ex auro, argento,ve cusam: dexter quidem, & felix cerneretur mercator, cui haec fortuna obtingisset, ut corium pro auro distraheret. Non tamen eam ob causam, auri, argentinae natura corio, aut ferro inferior cerneretur, quod esset a stultissimis aestimatoribus ita iudicatum. Cur ita: in ipsa quippe auri natura infidet quaedam praestantia, quae sine vlla hominum aestimatione, decus obtinet suam. Eadem profecto ratione, inest eloquentiae natiuus quidam splendor, quem deteriora iudicia conuel-

Orationis iudicium a quibus pendendum.

Popularis orator felicior quam sapientior.

Non opinio, sed rei praestantia cuncta metienda.

Cicero in oratore. Bonitas styli non opinione duntaxat hominum metienda.

Hominum iudicia de eloquentia dissimillima. Nihil minus orator idem omnibus esse potest.

lere

lere nullo modo possunt, qualis autem sit, que-
rimus.

*Varietas
Styli.*

Varia omnino sunt styli, & elocutionis genera: in quibus tanta penes, ac in ipsis hominum vultibus, lasciuientis veluti orationis ludo, nasci solet varietas. Tum vero vnicuique promptum est in deteriore parte rucere, paucis, & ijs admodum prudentibus, in eloquentia rectum tenere modum. Hanc autem varietatem, quam loquendi sarraginem Persius nominat, ex corruptis hominum moribus fluxisse, bene animaduertit. Seneca. *Hoc quod audire vulgo soles, quod apud Græcos in prouerbium cecidit, talis hominibus fuit oratio. qualis viti.* Quem admodum autem in vniuersis que actio dicenti similis est: sic genus dicendi aliquando imitatur publicos mores. Si disciplina ciuitatis laborauit, & se in delicias dedit, argumentum est luxuriæ publicæ, orationis lasciuia: si modo non in vno, aut altero fuit, sed approbata est, & recepta. *Non potest esse alius ingenio, alius animo color.* si ille sanus est, si compositus, grauis, temperans; ingenium quoque siccum, ac sobrium est, illo vitiatum, hoc quoque afflatur.

*Romani
Styli pro-
cessus.*

Rectè quidem illud, & eam ob causam, in diuersos paulatim mores Roma defluente, alia, atque alia eloquentiæ facies exiit. Emerferunt primi illi pauculi eloquentes, à nobis superius commemorati, vt Iunius Brutus, Mænenius, Agrippa, Fabritius, quos sensibus grandes, & masculos, verbis rudes, & horridos, credibile est exiisse. Adolescentem demum imperio, erepsit, quasi ex suo cortice faecundia, & ridere cepit clementius simplex quædam gratia locutionis, nullis adhuc fulgens ornamentis, spe porius, & indole, quam prouentu commendanda. In eo genere fuit Enniana simplicitas, Plautinus genius, candor que Catonianus: quæ prima veluti nondum planè collucens, sed emicantis eloquentiæ erepuscula exiterunt. Sequuta est tandem illa maturis iam viribus, & signatarum picta coloribus, lateque persulfans oratio, qualis Ciceronis temporibus viguit, cum res perhonorifica censebatur, diem dicendo eximere. Mox alio reip. statu displicere vixi sunt Oratores illi specie vberes, complexione rerum exiles, & hæc tota lasciuiosa orationis effusa luxuries, paulatim succingi, contrahiq; cæpta est, donec ad noua quæque, partim exsistentibus oratorum ingenijs, partim etiam prurientibus auditorum auribus, corruptelæ varæ in sty-

lum redundarunt, quæ primùm discutiendæ nobis esse videntur quam diligentissimè, quò magis ex vitijs oppositis, ingenuæ pulchritudo virtutis elucescat.

Dionys. Longinus, libro *περί τῶν ὑψηλῶν* vitia, ad tria refert capita, *ὡς ποὶ πάλαιός τις, παρὶ δὲ ποὶ*: hoc est, frigidum, puerile, insanum. Seneca epistola centesima decima quarta, *in flatum, infractum, audax, præruptum, allegoricum*, attingit his verbis. Quare quibusdam temporibus prouenerit corrupti generis Oratio, quæris: & quomodo in quædam vitia inclinatio ingeniorum facta sit, vt aliquando inflata explicatio vigeret, aliquando infracta, & in morem Cantici ducta: Quare alias sensus audaces, & fidem egressi placuerint: alias abruptæ sententiæ, & suspiciosa, in quibus plus intelligendū est, quam audiendum: quare aliqua ætas fuerit, quæ translationis iute vteretur inuerecundè? alij alios errores notant, ex quibus ad summum colligo præcipua styli vitia: tumidum, cacozelum, frigidum, parentysum, puerile, scholasticum, poeticum, allegoricum, miscellaneum, humile, siccum, lentum, abruptum; quorum alia in excessu, alia etiam in defectu reperiuntur.

Styli vitiosa tria genera ex Longino.

De Stylo inflato.

CAPVT II.

Requentissimum vitij genus illud est, quod tumorem appellant. Nam cum ad altiora quæque suo (vt affolet) impetu natura contendat, fit, vt peruersæ magnitudinis quam sibi deformauit, simulachro quodam illusa, in tumidas ineptias, & phaleratas, vt aiunt, nugas præceptis abripiatur. Rana certe in apologo miratur grandem illam bouis speciem, & succulentam corporis habitudinem: nec mora, in eius amorem tota exardescit, & cupit quoque modo boui similis fieri: sed misera, dum supra corpusculi vires, & naturæ conditionem tumet, atque inflatur, spiritum egerit, ac mortua distrumpitur. Id ipsum profectò per multis contingit imitatoribus, qui dum Virgilij, aut Ciceronis magnitudinem suspiciunt, aut que in leuiculis etiam argumentis, eandem exprimere, & vincere, in id deueniunt, vt pro vero, & solido corpore nihil nisi fumos, & ventos ostentent, tandemque strigosi, & macilentum disperant.

Tumidi est raris comparati

Tumidus stylus in quod definit.

Hoc genus tumidum nominatur similitudine ducta, à praua corporis habitudine, quæ pro-

H 3 carne

τὸ μὲν οὐδ' ὄν
ὑπερβαίνει
ἐξέταυ τὰ
ἠφ' α.
Quis sit
mundus seu
inflatus sty-
lus.
Inflati styli
exempla.

carne, & succo degenerem p̄ritia: tumorem
nacta est: sit autem, ut notat M. Tullius, cum
oratio nouis, aut priscais verbis, aut diuiter
aliunde translatis, aut grauioribus, quam res
postulat, aliquid dicitur. A Longino definitur,
excessus iuste magnitudinis, & hæc exempla pro-
feruntur ex tumido poeta, qui ita loquutus
fuerat.

Καὶ καμίνε σὺ γὰρ τὴν μάχισον σέλας.
Εἰ γὰρ τιν' ἐστὶν ὄνομα μόνον,
Μίαν παρέρεις πλεκτάνην χειμάρροσιν,
Στέγην πυρῶσιν, καὶ καταθρακίσωμαι,
πλεκτάνην χειμάρροσιν Torrencem Cirrum
ignis, vel sumi vorticem appellat (inquit) ni-
mis audaci nomine. Quid, quod idem, & vom-
te in caelum vlturpat, & Tibicinem facit Bore-
am.

Hæc, inquit, non sunt τραγικά, ἀλλὰ παρα-
τραγὰ ἐν ἴσῳ, τεθόλαται γὰρ τῆ φράσει, καὶ
θεβοῦσθαι τὰς φαντασίας μάλλον ἢ δεδεί-
κναι; καὶ ἔκατον αὐτὸν πρὸς αὐγὰς ἀστρο-
νομίας, ἐκ τῆ φοβερῆ κατὰ εὐλογίαν ὑπονοεῖ πρὸς
εὐχάταρα φρόνητον. Hæc inquit, non sunt
tragica, sed cothurnum ipsum tragædiæ ex-
cedunt. Sunt enim inquinatissima locutione,
& tumultuarijs sententijs turbida potius quam
grauia. Quod si singula in lucem dispereris
paulatim ex inani specie grauitatis, in rem
contemptissimam recident.

Triplex in-
flatum ora-
tionis genus.

Porro notandum occurrit, ex vtroque, &
Ciceronis, & Longini sensu, triplex inflata o-
rationis genus: alia enim verbis duntaxat in-
tumentis, alia solis sensibus, alia sensibus simul,
& verbis inflari, atque attolli solet. Verba
quoque ipsa, aut noua sunt, aut prisca, aut
duriter aliunde translata; exempla omnium
subijcio.

Stylin ver-
bis nouis
inflati ex-
empla.
Athenæus
Deipno-
soph. l. 3.
Dionysii
tyranni in
nouandis
verbis inep-
tia.

Fuit illud imperitis, & ambitiosis scriptori-
bus commune vitium, quod vocatur ὑπερβα-
σις. Affectabant enim nouas rerum appel-
lationes inuenire, ut ipsi nouæ alicuius linguae
fierent auctores: quod Dionysio tyranno supra
cæteros extitit peculiare, cuius aliquas inepri-
as commemorat Athenæus: Quippe παρθεῖον
virginem nominare, ut nimis communi nomi-
ne suppudebat. Quid igitur: μέλαινα ποδιδίττα
columnnam Μενεράτη Menecratem vel ὑαλί-
δι potentem, quod valida perdures iaculum
κακὰ ἄρτια, quod aduersus iaciatur.

Eodem ingenio fuit Alexarchus, Cassan-

dri Macedoniae regis frater, Vranopolidis con-
ditor: de quo Heraclides Lembus histor. lib.
trigesimo septimo, ad hunc modum prodit,
& refert Alexarchus, qui Vranopolin adifica-
uit, loquendi peculiare formas inuexit, ut qui
gallum ἐρσοδὸν manicem appellaret, τό-
λοrem ἑρσοκίτην, drachmam ἀγγυρία. Chœ-
necem ἡμεροτεφίδα. præconem ἀπόπλο.

Alexar-
uatoris
cutione.

Lucianus ut est in hoc genere festiuissi-
mus, sub persona Lexiphani, dialogum integrū
scripsit ijs scatentem verborum sordibus, qua-
lia sunt: ὄτα κωφελοβόσα, ἀντισυμμοσιάζεν ἔ-
τῃ Ἀριστῶν, ἀπέσω ἡ ἐπιβόσρα κωφελίς,
& cætera infinita Græcis hominibus intelle-
ctu perquam difficilia, nihil interest autem an
noua sint, an per compositionem nouata, &
durius interpolata, ut inuenerit in re-
cens.

Lucian-
Lexiph-
p. 529.

Secundum est genus verborum, quæ prisca
vocantur, & ea iamdiu obliuionis oppræssa
tenebris, a puidis stylis effodiuntur, atque
eruantur in lucem, qualia sunt ista. Confugas,
vbi conuentum campum totum inhumigant.

Styli in
si in pro-
uoribus
empla.

Et scabra in legendo redimus, anè offendens:
sed qui sunt isti, qui ascendunt alicuius ocrum: col-
lem intelligit. Item.

Liuius
dron. Va-
in prom-
p.

Lenisio inuicem is sonorinas imagines
Ad fatum non umbrantur somno popula
Et florem antiabant liberi ex catechelys: hoc est
bibebant. Duriora etiam apud Accium, & Næ-
uium.

Accium
Nælan-
p.

Vagent ruspantes syluæ sextam iasserat.
Non hercle apluda est hodie, quam eu nequior.
Bilbis am: hora:
Butsubata.
Concipilausti, & c. eiusdem generis.

Hæc, & simili oratione vsus, magno omni-
um risu, fertur quidam caustidicus, apud yr-
bis præfectum: nam cum significare vellet
inopi quendam, miseroque victu viuere, &
furturum panem esitare, vinumque eructum,
& foetidum potare. Hic, inquit, eques Romanus
apludam edit, & flocces bibit: Apekerunt om-
nes, qui aderant, alius alium, primo tristiores
turbato, & requirente vultu, quidnam illud y-
triusque verbi foret: Post deinde, quasi nescio
quid Tusce, aut Gallice dixisset, vniuersi riserunt.
Legerat autem ille apludam veteres ru-
sticos, frumenti furturum dixisse: idque à Plau-
to in comædi (si ea Plauti est) quæ Astraba
inscripta est, positum esse. Item Flocces audie-
rat, prisca voce, significare vini facem, è vina-
ccis

Gall. l. i. i.
8.
Caustidicus
antiquus
saturnus.

Apluda
ius verba
pro frum-
ti furturum
Flaccos pro
vini facem

ceis expressam, sicut fraces, ex oleis. Alter, cum aduersarius caussam differri postularet. Rogo Prætor, inquit, subueni, succurre: Quoniam vsque nos bouinator hic demoratur? At que id, voce magna, ter, quaterue in clamauit Bo. inator. Commurmuratio fieri coepit est, a pierisque qui aderant, quasi monstrium verbi admitantibus. At ille iactans, & gestiens: non enim Lucilium, inquit, legis, qui tergiuerfatorein, bouinatorem dicit. Est autem in Lucilij vndecimo versus hic.

Hic strigo us bouinator que ore improbus duro,

Hic inmutitus ἀρχαίωμας Terulliani, &

Arnebij stylus, grandis est pierumque, & nimis horridus: v. γυβρυχίον irrepressibile pro extenuo periculo, in quo omnis ex malo emergendi spes adempta sit ὑποβρύχιον τὸ ὑ-

πὸ τῶν κυμάτων καλυπτὸ μωσὸρ appellatur,

quod fluctibus est obiectum, Dies, & nox inuicem vertunt, Solstitiis annuis, & frustra &

substitillam, pro dubio aere, in rei sereniū, & pluuium, quando pluuia stilla im cadit. Pars verò

passivus, & cetera, agitur, palliger, genuinos inter

antias adumbratos, & similia, apud Arnobium

verò salpictarum jonius, pro tubarum, quo v-

sus Iulius Firmicus, salpictas r. dicit. Sed qui in

bello confessi moriantur. Et l. Buccularum cum-

mulatione sacruoces, & qua ex reconditis trahit

Aruspeina nactus, plaeas, polimina, sendiccas, mag-

menta, proficias, quibus, & si ad argumentum

opportune, & loco vtitur, alias tamen ad styli

nitorem, prauæ sunt imitationis.

Tertia corruptorum verborum series est in

translatis audacibus, & inuerecandis, quorum

abundantem stylum Gorgia, Callisthenis,

Clearchi Amphicratis, Hegesie, Matridis

commemorat Longinus. Hæc autem inter cæ-

tera arguit in Gorgia.

Ξέρξης ὁ τὸ Περσῶν βασιλεὺς: Xerxes Persa-

rum Iupiter, Ἰὼπις ἢ Ἰουχαιτάρου Vultures se-

pultura animata. Hæc inquam ingeniosè (vt

apparet) dicta sugillat acriter vit Criticus, nec

pareit Xenophonti, qui pro pupillis Virgines o-

culerum dixerat, quod puella, & pupilla eod-

dem nōs nomine, apud Græcos appellatur.

Verba Xenophontis sunt: Εκεῖνων γέν ἦσαν ἴα

ἀν φωνὴν ἀκούσας ἢ τὸ λιθῖναν, ἦσαν ἢ ἀν ὄμα

μυτα μετὰ τὴν ἰαίαις ἢ τὸ χαλκῶν, ἀφ' ἡμενεγέρε

δὲ ἀν αὐτοὺς ἢ ἡσασο, καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τῆς

ὀφθαλμοῖς παρ' αὐτῶν, in hoc ultimo tumor

mor est, quin, & verecundiores eos existima-
tis, ipsi oculorum virginibus. At Timæus Xe-
nophōra illa satis audaci metaphora nondum
contentus, ὄτις ἀν ἐποικῆσιν, ἐσ ἐφθαλμοῖς κο-
ραὶ μὴ πορνῆς ἔχουσιν. Hoc utique faceret alius,
qui non arettrices in oculis: sed virgines habe-
ret.

Timæus
dax imia-
tio.

Hæc quora portio grandium metaphorarū,
quæ in Africano stylo repe. iuntur: vt, ipsa ca-
niola persecutionis, ab isto scilicet Cynocphalo.
Circumscriptus em. istius ocelli: imò luminis puncta,
veriginant, & tabulata congregatio in vestibus
Cecolubr. ni oblatratorū molar. s. apud Sidonium,
qui temporis potius errores, quam viro-
rum centendi sunt. At Apuleius, præ gaudij afflu-
entia, totus istis immergitur, quale est, labiis
vndantibus affectate rojas, inquit, de asino, qui
tam spe eadem deuorabat: item sorbillantibus
suauit. sistenter haurire, & similia.

Sidonius
Tert. ad
uersus Gno-
sic. de
pallio.

Apuleius

Secundum tumoris genus, est in ipsi sen-
sibus immoderatis, licet alloqui verba, ad legem
vltus communis videantur exacta. Hoc genere
peccant sapissimæ tragici, dum res supra natu-
ram extollunt.

Sty. inflatus
in sensib.

His bullis redundat Hercules Octeus Se-
neca, si modo eius est, quo enim factu cælum
petit a Ioue, filius a parente.

Hercules
Oer. Sen-
ampullata
tragedias.

--- Quid tamen necis moras?

Numquid timeas? numquid impostum si-
bi

Non poterit Atlas ferre cum calo Herculem.

Si hæc Typhon diceret, tamen vix essent
tolerabilia: quis enim largiri cælum veller,
tanta oris improbitate, expectylanit

Deinde:

--- Si negit mundus feras.

Animum Nouerca: redde nunc gnato patrem.

Vel. astra ferri.

Apparent violenta figura: quæ de sinunt in
frigidum.

Rurfus:

Vel si times, ne terra concipias feras.

Properet matum quodcumque, dum terra Her-

culem

Habet, videtque.

Quam miser, & miserabilis ille Iupiter, qui
a ferarum metu, sine Hercule tutus esse non
poterat.

Hoc

Bouinator
pro tergi-
uerfatore.

Tertullian-
Arnobij
sty. horri-
dior.

Tertul. l. de
Idol. c. vlti-
mo.

Lib. de pal-
lio.

Nypobry-
chium pro
extremo
periculo.

Substitillam
pro dubio
aere.

salpicta
pro tubis.

Arno. li 7.
Iul. Firmic.

l. 8.
Styli in
translatis
verbis in
flati exēpla.

Stylo in
verbis du-
rissimis

riter trans-
latis infla-
to quimam
oratores no-
tati.

Gorgias.
Xenophon.

à Cassio
Longino
verpuidus
arguitur.

Longino
verpuidus
arguitur.

Longino
verpuidus
arguitur.

Longino
verpuidus
arguitur.

Longino
verpuidus
arguitur.

Longino
verpuidus
arguitur.

Longino
verpuidus
arguitur.

Longino
verpuidus
arguitur.

Longino
verpuidus
arguitur.

Longino
verpuidus
arguitur.

Longino
verpuidus
arguitur.

Longino
verpuidus
arguitur.

Longino
verpuidus
arguitur.

Longino
verpuidus
arguitur.

Hoc vero, quod sequitur, supra omnem tumorem inflatum.

Da, da tuendos Iupiter saltem Deos.
Illa licebit fulmen à parte auferas,
Ego quam tuebor, siue glaciale polum,
Seu me tueri ferisdam partem iubis,
Hac esse superos parte securos puta.

Modò timeri se à caelo dicit, modò se tutelare Deorum numen proficitur. Quid hoc tumidius? quàm imbecilles deos censet, qui mortali tutore egeant: Hæc postulans, & supplex! Illæ igitur sunt bullæ, in quas sæpissime incidunt, qui magnitudinem sensuum præter decorum affectant. Deinde, qui imitantur, addunt aliquid de suo, & tumida tumidis adstruunt, donec diplosus follis, in contemptissima quæque euanescat.

Nonnus poeta Dionysiacorum scriptor infani tumoris arguitur.

Sed & Nonnus poeta, Dionysiacorum scriptor, in has ineptias intemperanter effutus, quæ Megabyssa suo Typhoni non tribuit? Hic enim iactat se aurigaturum calum fratrem suum, (cùm calcaturum vellet dicere) imò se aliud oñies maius supernè facturum, cum veteri capi non possit. Item omnes stellas, nouis inter sese nuptijs copulaturum, quo calo plenior sit soboles. Mercurium in vincula coniecturum, Lunam habiturum pro famula, qua sibi lectos sternas: Quod si lauare velis, Eridano caelesti pro balneis vni.

Nonnus Dion. l. 7. Interpres Nonni ποτόν pro πάτον posum, pro pauimento.

Οὐδέ τίς δα πῆδοιο φέρω πάτον. Interpes vitiosa admodum interpretatione, iam satis inquinatum auctorem corrupens, legit ποτόν, & interpretatur. Non vulgaris terra feropotum, cùm debuisset dicere, fero pauimento, vel vitritam, vel callem. Quis enim puer non videt, hic nomen, ποτόν, irreputium? Pergit.

Οὐρανὸν ἀσπρόνωτον ἀδελφείῳ ἠνιοχεύσῃ, οὐρανὸν οἴκορ ἔχω μητρώϊον ἕτα γαίης, si dixisset calum se calcaturum, graue illud fuisset, at se aurigaturum fratrem suum, inflatum est, & ridiculum.

--- Οὐ χορὰν ἀσπρωμ,

Λείψω νόσφι γάμμα ἀχρηϊορ. ἀμὰ συνά.

ψω

Αρσενί βλοτῆρῃ, θυγατρῆν

Et qui homini venit in mentem, vt de maritandis stellis, post tot sæculorum calibatum cogitaret?

--- εὐρύτερον ὃ

Οὐδοορ οὐρανὸν φῆμορ ὑπέρτερον ὑψόδι τῆς ζῆ.

Quomodo caelo capi non poterat, qui cum tot alijs gigantibus, vna terræ regione capiebatur?

Ευέτης Ενδομίλων ὁ ἐμὴ θεράπαινα σῶ λην

Δέμνιά μοι φορέσετε, καὶ εἰ χρεῖ ὅτι λοτρῶν

Λέσομα ἀσπρόνευτ ἔν ὕδασι Ηριδάνοιο.

Quam parum memor fui in leuicula degenerat: Quomodo enim balnea Eridani capient, cui caelum veteri septies maius angustum est?

Ridiculi prorsus tumores, qui vix à pueris, aut aniculis tolerari possunt: itaque incidunt in alium characterem (de quo mox dicemus) frigida puerilitatis. Nec refert, quod Typhoni tribuatur hæc oratio, nam cùm tota horribilis, vt ipsa gigantis persona, esse debuisset, in risum, & contemptum euanescit.

In eodem exemplo licet animaduertere tertium tumorem genus, vbi res non modo sensibus, sed ipsi quoque verbis inflatur, quale est etiam illud saxa, yluas, lapidei, montes discis, & sensu dispulueras. Non satis fuerat solutos in puluerem montes dixisse, nisi grande quoque verbum addidisset dispulueras, &:

O pestifera Ponica fera, trux, volutiloquentia!

Hoc styli genus meritò prudentibus viris fuit semper inuisum, quod si nonnullos leuioris facundia iuuenes ipso nouitatis auctore delectet, vbi tamen crebrius fuerit iteratum, trãsit in satietatem. Itaque bene monet Lucianus Lexiphane, qui eiusmodi vocibus non desinebat Atticis auribus obstrepere.

Αλις ὁ Λεξιφάνης, καὶ ποτὸς, καὶ ἀναγνώσεως. Lucianus ἐγὼ γοὸν ἤδη μεθύσοι, &c. Satis ὁ Lexiphanes, & potus, & lectiois istius: Ego enim quid tibi ebrius iam sum, & nauseo, & nisi quam primum euomero ista omnia, quæcunquẽ recitando persequutus es, videor mihi insanus ac furiosus fore, obstrepentibus mihi vndique verbis istis, quæ mihi modo effudisti.

Quamquam mihi à principio ridere illorum gratia veniebat in mentem. Verum postquam ea multa, atque omninò similia erant, miserebat me tuæ istius ærumnosa infelicitatis, quippe quem viderem in labyrinthum quandam irremediabilem incidisse, morbumq; agrotare grauissimum; imò verò atrabile percitum.

tura

tum. Cogito itaque apud me ipsum, unde tam multa mala col egeris, & quam longo tempore, & ubi denique conclusum habueris tantum examen absurdarum, ac distortarum vocum, quarum alias quidem ipse finxisti, alias autem defossas alicunde eruens: tantum cœnum vndequaque cogens, in me exhausti. Porro videris mihi neminem amicum, aut familiarem, aut beneuolum habere, neque etiam in virum liberum, & qui loquendi libertate vteretur, vñquam incidisse, qui vera monendo, te quamprimum expediret, a morbo isto intercutaneo, quo quidem correptus es, & præ malo illius periculum, ne distumparis, sustines, Tibi autem bene sanus esse videris, & calamitatem istam, valetudinem censet, atque ab imperitis laudaris, qui morbum tuum ignorant, à doctis autem miseratione dignus existimaris.

Remediū à Lucia inflatis procuratum. Aliud remedium. Styli inflatis corrigendi remedium duplex. Gel. l. 1. c. 19. Phauorini iud. Aduersus inflatos.

Mox hominem committit Sospoli medico, à quo vomitorio accepto, istam verborum sententiam egerit.

Hoc quidem remedium comicum est, & nihil ad sanitatem facit. Vnum autem præstantissimum, idemque vtilissimum erit, si qui eiusmodi dicendi genere delectantur, optimis auctoribus affluiscant, à quibus, & moderatio, & styli afflerur salubritas. Phauorinus Philosophus (vt ait Gellius) adolescenti veterum verborum cupidissimo, & plerasque voces, nimis prisca, & ignotissimas in quotidianis, communiibusque sermonibus expromenti, Curius, inquit, & Fabricius, & Coruncanus, antiquissimi viri nostri, & his antiquiores Horatii illi trigemini planè, ac dilucide cum suis confabulati sunt: neque Oratorum, & Sicanorum, aut Pelasgorum, qui primi incoluisse Italiam dicuntur: sed ætatis suæ verbis loquuti sunt. Tu autem perinde, quasi cum matre Euandri loquare, sermone abhinc multis annis iam desito vteris: quod scire, atque intelligere neminem vis, quæ dicas. Nonne homo inepte, vt quodais abunde consequaris, faceres: sed antiquitatem tibi placere ais, quod honesta, & bona, & sobria, & modesta sit. Viue ergo moribus præteritis, loquere verbis presentibus. Et ita quidem possunt inflati sanari, si velint, quorum multi, plus habent furoris, sed pius etiam corporis. Semper autem ad sanitatem procliuus est, quod potest detracti-
one curari.

Sener. contr. l. 9.

De Cacozele.

CAPVT III.

Quæ sequuntur orationis vitia, cacozeum, ac frigidum, magnam habent cum inflato affinitatem, & nonnunquam inter se confundantur, & differunt tamen non nihil. Atque vt de cacozele dicam obire, quod plenius in tractatu de imitatione explicandum est, Est praua affectatio orationis, ducta ex errore vitiosa imitationis: quod indicat Lucianus his verbis: κακὴ γὰρ ἐστὶ τὸ ὑπερφρονῶν τὸ μέτρον τῆ μιμήσεως, καὶ πέρα τὸ δέον ὀβριτυνῶντων.

Quid pro-
prio cacoze-
lum.

Itaque omne cacozeum feruè tumidum est, aut frigidum, aut quid simile, non omne tamen tumidum, est cacozeum, cùm præsertim possit ex imitationis esse non expressum. Itaque, si quis apud Virgilium legens, sublatum a Turno Saxum antiquum ingens: hoc postea in alio argumento imitatus dicat fuisse scopulum, cui capra etiam pascentes insidebant, nescio quid nugarum, cum Græco poeta nugatus, tunc fit prodigium illud imitationis, quod κακὸς λόγος nominant: Sic Lucianus, cùm metamorphosin illam hominis in Asinum describit.

Cacozele ab inflato stylo dicitur. crimen.

Exempla cacozele.

Καὶ οἱ δάκτυλοι πάντες εἶχοντο, ὄσκα οἱ δὲ ὄπα δυνάεις ἢ τὸς πάντας τέσσαρα εἶχον, καὶ τὸς οὐδὲν ἄλλο. ἢ ὄπαίς, καὶ καὶ αἱ χεῖρες, καὶ οἱ πόδες, κληθεὶς πόδες ἐγένοντο, καὶ τὰ ὄπα ἢ μακρὰ καὶ τὸ πρόσωπον μέγα.

At Apuleius non contentus hac lenitate sermonis Aures, inquit, immodicu horripulant aures, & cetera similia, quæ vastam, atque horridam faciunt orationem. Vis aliud cacozele exemplum præclarissime expressum: Extat notissima de Parthasio pictore historia, qui adolescentulum vuas ferentem, tanta ingenij, artisque sublimitate depinxit, vt aures imagine delusæ, aduolarent, rostrisque improbulis racemos appeterent; quanquam ille ingenuo fastu opus suum damnauit, quod non videretur puer satis eximie depictus, vt quem aures aduolantes non timerent. Hoc cum legisset Spiridion Rhetor voluit imitari. Quid agit: controuersiam illam agitabat, in qua Parthasius dicitur miserum senem Olynthum feruissimè cruciast, vt ex eius ore, inter acerbissimos cruciatus æstantis, Prometheum in

Apul. met. tam. l. 3.

Plin. l. 35. c. 10. Parthasij pictoris industria.

Cau.

Caucaso lanatum exprimeret, & hanc deinde tabulam in Mineræ templo consecrasset.

Spiridionis cacozelia insignis. enec. in Parrhasii consuet.

Spiridion, cum præstantissimi illius artificis manum, & exquisitissimæ tabellæ decus verbis commendaret, eò usque profectus est, ut diceret, ad hanc Parrhasij tabulam, cum esset in Parthenone posita, vultures vndique lanatum, cadauer ratos, frequentes aduolasse, quæ oratio, ut frigida, & κενωστικὴ nota per insignis, ab omnibus, qui aderant, declamatoribus est excepta. Qui fieri enim poterat, ut vultures in celeberrimum istud Atheniensium sanum, cum esset vndique tectum, & clausum aduolarent: nisi fortè putauit, vultures, templa in luce vibium posita, non secus, ac passeris, & hirundines frequentare, atque in ea sese aliquando per foramina penetrare.

Quam multa similia quotidie admittuntur a pueris, qui cum aliquid legerint, aut audierint, statim in imitationem trahunt, id minime poterantes, an res, quæ comparantur, similibus inter se adiunctis congruant. Ex quo fit, ut ab imitatione, qui plurimum iuari, conformarique deberent, iudicij, & mentis penuria sapissimè deriuat errorem.

De Stylo Frigido.

CAPVT IIII.

Demet. Phaler. περιούσιον.

FRIGIDUM quoque sæpe cum ipso cacozelo misceri, testis est, vel hic Demetrii, Phalerei locus.

Πολλάκις μὲν τε τὸ πρὸς διανόημα αὐτὸ ψυχρόν τι ἔστι καὶ ὡς νόη ὀνομαζόμενον κακόζηλον: sæpe item frigidus est sensus, quem nunc cacozelum nominamus. Et Aristoteles inflata verba vocat ψυχρὰ. Longius verò postquam de tumido, & puerili differuit, addit ὁμοίως δὲ τῶν ἐπιπορευμάτων λέγω τὸ ψυχρὸν πρὸς τὸ πῦρ. Si tamen disquisitiùs enucleare velimus, inueniemus frigidum, quod ab ipso Cassio annotatum est, esse magis circa nouos, hospites, & peregrinos sensus, quam circa tumorem verborum, frigidum autem appellatur, non quòd languidum sit, & remissum (nihil enim feruè istis ingenijs, quæ hanc dicendi καὶ νοσηστικὴν affectant, callidius;) sed quòd permiciosum quodlibet, & nocens temperatūra, ut annotat Seruius ad Bucolicam Virgilio, vocetur frigidum. Ita pari iure, quòd

Quid proprie frigidum.

γρηγορίου περιουσιον. D. Hal. in ep. ad Pomp. Frigidi stylo

styli optimam temperiem corrumpit, τὸ ψυχρὸν translato à Medicis nomine, est appellatum. Aliiter γρηγορίου, nominatur, quòd Gorgias sophista, multus in his sensibus fertur excitisse. Quanquam, quòd Dionysius, Longinus, & Hermogenes adeo exagitant, de animati sepulchris, non ita videtur absurdum. Aristophanes autem Comicus non modo frigus, sed & niues, styli alicuius inepti poetæ in peras commemorat his verbis.

appellatur γρηγορίου frigidus stylius dicitur

Κατένεψε τὴν θρόνον χιόνι πολλῇ. vbi Suidas, Καμφοδῶν οὖν αὐτὸν περιήρησι τὴν πολλὴν χιόνια τῆς τέττα περι τὰ παιήματα ψυχρότητι.

Suid. in voce ψυχρῶν.

Exijs autem, quæ dicta sunt, apparet stylium frigidum esse τὸ περι τὰς νοήσεις ἔξενον, cum, qui constat sensibus nouis, & peregrinis, addo etiam puridis. Inflatus rerum, & verborum strepitus ferri solet, cum aliqua specie magnitudinis: Cacozelus in infelici, & arumrosa imitatione consensescit: frigidus tortos, & violentos sensus, veluti nouatoris ingenij foetus, iudicij lumine orbatos egerit.

Inflatus corali, & frigidus delicta crimina.

Exempla frigidi ex Plutarcho, & Cassio talia sunt. Natus est Alexander, ea ipsa nocte, qua Diana Ephesiae templum insana, & orbi terrarum admiranda substructio conflagrauit: Ex eo, cum de Alexandri laudibus diceret Hegesias, qui inter frigidos sophistas commemoratur à Longino. Minime mirandum est, inquit, si Diana templum tam graui incendio arserit: quippe Deum in ipso Olympo partu, quo Alexander editus est, obstruendi laboribus, & curis distracta, ignem non valuit restinguere.

Frigidi exempla.

Hegesias frigidum.

Huius epiphonematis tantum esse frigidum Plutarchus asseuerat, ut id ipsum, ad Ephesij templi incendium restinguendum, satis validum fuisse videatur.

Restituitur in Diana Ephesia incendium.

Ἡ γησίας ὁμοίως δὲ τῶν ἐπιπορευμάτων λέγω τὸ ψυχρὸν πρὸς τὸ πῦρ. Ἡ γησίας διωάμερον εἰκότως γὰρ ἐφικαταφλεθῆναι, τὴν νεῶν, τὴν ἀρτέμιδος ἀσχολομένης περὶ τὴν Αλεξάνδρου μαίωσιμ.

Plutarch. in Alex.

Alterum exemplum profertur à Cassio Longino, quòd sumptum est ex Timæo. Quippe, hic Alexandrum magnis laudibus effertens, cum Isocrate comparat, & vehementer commendat, quòd paucioribus annis Asiam subegerit, quam vnam orationem Panegyricam scripserit Isocrates. Hic Criticus deridens exclamat

Alexander cum Isocrate comparatus ridens

Θαύ-

Hadriani
Impera.
mollicula
oratio.

Adiunge huic molliculae orationi, Hadriani Imperatoris versus.
Animula, vagula, blandula,
Hospes, comesq; corporis,
Qua nunc abibit in loca,
Pallidula, rigida, nudula:
Nec ut soles dabit iocos.

Puerilis
pueri ex A-
pulcio de-
scriptio.

Aut Apuleij: (Erat intonsus, & genis gratus, & corpore glabellus. Crines eius praemulsis antijs, promulsis caproneis anteventuli, & propenduli. Vestis textu tenuis, tactu molli, purpura radians. Quid: quod & lyra eius auro fulgurat, ebores candicat, gemmis variegat.

Haec planè crepundia, quibus permittuntur aliquando pusiones lustrare. At verò iam proeuctæ ætatis homines, in eas ferri nouissimorum verborum ineptias, minimè tolerantur.

Puerilis
styli origo
& ind. c. ii.

Sæpè istarum nugarum parens est amor, & vitijs obfessa mentis hebetudo: quippe videas istos frigidos amatorculos, ex libris vernacula lingua scriptis, hæc deliramenta auide conquerere, quæ illi rosas suas, & anemonas dum ventilant, putant odorem omnium naribus pericundandum afflari: sed ita fuerent, ut Augæ stabulum non sit impurius.

Onagri
poeta pue-
rilis n. n. a
fœmina ad
marem fœ-
tum suum
euertantis.
Orian. l. 3.
ven. vers.
220.

Alia est etiam non verbis, sed sensibus puerilis oratio: qualis est ista Onagri fœminæ ad marem fœtum suum euertantem, his verbis expressa, quæ bonum alioqui poetam, ad inclinatam puerilitatem dimisit.

Ανερ, άνερ, τινω σε, προσωπαλα τρηχύνον-
ται:

Ομμαλα φοινίχθη δὲ τὰ τ' ἀν πάρθ' ἀ-
γληντά.

Οὐχὶ μέτωπον ἀδρεῖς λιθοεργὲς ἀγγί Με-
δῆσης,

Οὐ γόνον ἰοβόλον παναμιλίκτιο δρακαί-
νης,

Οὐ σκύμονον πανάβεσμον ἀρειπλάχκτοιο
λεαίνης:

Πᾶδα λοργή τὸν ἔλακτον ὄν ἀγρόμεδα θε-
οῖσι,

Πᾶδα τεὸν γενέοσι τιοῖς ὄκ' ἀρσενά θή-
σεις.

Ἰσχε φίλθ' μὴ τάμνε. τί μοι τάμες οἶο ἔ-
ρεζας

Πᾶδα τὸ μηδὲν ἔθικας ὄλον δέμας δζαλά-
σας,

Δειλὴ ἐγὼ πανάποτμοσ ἀροστάτιο λο-
χέης.

Καὶ σὺ τέκθ' πάνδειλον, ἀλιτοζατοῖο
τοκῆθ',

Δειλὴ ἐγὼ πετάλαμα, κενὸν τόκον ὠδίνα-
σα,

Καὶ σὺ τέκθ' δμητῆς, οὐχὶ τούχεοσι λε-
όντων:

Αλλ' ἐχθρῶς γενέοσι λεοντείησι τοκῆ-
ος,

Vir, vir, quare tuus vultus expressentur?
Oculi turbuerunt, qui prius erant splendidè.

An frontem intueris saxifica Medusa?
(Sciebat quippe hic Onager Medusa fabulam,
& scholas olim poeticas frequentarat.

Non fœtum veneficum effert draconis,
Non catulum nefandum montiuaga Leana?

Filium, misera quem reperi, quem exorauimus
à Diis.

Filium tuum maxillis tuis euertabis.
Cohibete, amice, ne secinde, quod rescuisti,
qualem

Fecisti filium? ad nihilum redegisti, toto corpo-
re mutilatum

Misera ego, a quo arumnosa, intempestiuum
ob partum!

Et tu fili miserrime, sceleratissimi parentis
causa!

Misera ego, ter misera, inanem partum eui-
xa.

Et tu fili dissectus, non unguibus Leonum,
Sed inimicis maxillis Leoninem parentis.

Haecenus lamentabilis nœnia, & verè puerilis:
cum enim mentionem facit Onager saxifica

Medusa, cum dicit se filium à Dijs exorasse, &
similes nugæ, quis risum teneat? At dices multa sæpè eiusdem argumenti, à viris grauibus
esse conscripta? fateor equidem, sed huiusmo-
di, si quæ scribunt, non serijs operibus immif-
cent: verum pueriles remissiones, & fabellas, &
ludos ad risum compositos profitentur. At, qui
hæc seriò, & callidè dicunt, carminumque gra-
uitati, non ioco, sed eloquentiæ ostentādæ gra-
tia solent intexere, pueriliter mea quidè senten-
tia, faciunt; hæc enim vitia sunt, in quæ pueri,
in hyperbolis semper leues, frequentius inci-
dunt, qui si in Crassi murænam, aut psittacum,
melioris carmen, vel orationem funebrem
textant, cum omnia ad rotundam styli exilita-
tem debeant esse accommodata, illi ad gran-
des

Puerilium
inuentio-
num nugæ.

De.

Libani
παρὲν θυρ-
σον D. Chry-
σοστόμου

Demosthenis, & Ciceronis figuras conuenientur: pſittacum inquam, vel passerē, vt herocem laudabunt, etiā apud Elyſios campos Minois, & Rhadamanthi asſeſſorem faciētes, dictantes illud Demosthenis, ἢν παρέδρον εἰκότι ὀνόμας φῆσαι τοῖς κάτω θεοῖς ἐναι: mox alloquentur per Apostophen; Praclarè igitur, tecum actum est, dum uiueres, anima delicatissima, nunc autē, postquam ex his terris euolasti, sanctissima: nam beatorum locum consequuta, assides Proserpina.

De Parenthyſo.

CAPVT VI.

Theodorus Rhetor, qui citatur à Cassio Longino, in libro περιὺφοῖς, notissimi vitij in stylo meminit, quod ipse appellat παρὲν θυρσον, quasi ad Thyrsum accedēs, hoc est, furori proximum. Norunt omnes Thyrsum appellari hastulam frondibus vestitam, quā bacchantes gestabant, & hoc perpetuum bacchi insigne iuxta epigrammaticū πανήβιτων χιμαρον, νόμοφως ῥόδα, θυρσα λυταία. hinc θυροπλήρες, nominatur thyrsio percussus, hoc est insani: vnde parenthyrsium dici potest, Oratio grandibus, & intempestiuis affectibus, & figuris in re parua insanians, quam definitionem licet colligere ex Dionysio Longino, in qua παρὲν θυρσον ita describit.

Quid Thyrsus.

Quid parenthyrsium.

Longino.

Parenthyrsium.

Τὸ τῶν παρὰ χεῖρας ἵστον τῆς κηκίας εἶδος ἐστὶν ἐν τοῖς παλαιῇ κηκίαι, ὅτι ἐστὶν ὁ θυρσον ἐκείνου ἐκ τῆς παλαιῆς ἀκαθαρσίας, καὶ νεγόν ἐν δαμῇ μὴ δεῖ πάσης, ἢ ἀμετροῦ, ἐν δαμῇ μετρίᾳ δεῖ.

(Huic proximum est tertium prauitatis genus in affectibus, quod Theodorus vocat parenthyrsium: est autem affectus intempestiuus, & vanus, vbi nihil opus est affectu, vel immoderatus, vbi opus est moderato: differt à puerili, quod hoc in latis argumentis, & illecebrosae dictionis aucupio versetur vt plurimum; illud propriam sedem habeat in affectibus intempestiuis, maxime doloris, & iracundiae, sine vlla etiam affectatione verborum. Non enim istam concinnitatem spectat, sed grandes tantum figuras, in rebus ludicris conſectantur: ex quo plenum est insanīa.

Talis est illa, de incendio Daphnitici tēpli, miserabilis Naenia Libanij sōphiste, quā diuus

Chrysoſtomus egregiè perſtringit, in oratione de sancto Babyła martyre. Ibi enim sōphista præter modum fertur in miserabiles, incōditos, humiles, inclinatos affectus, & præ doloris, ac furoris impotentia, in frigida quæque, & inepta transit, vt, cum dicii Iulianum Imperatorem, vbi de templi incendio afflavit cū rumor, (quæsiuisse talaria Mercurij, vt ad flammam restinguendam properaret.) Vbi tandem erat iuenturus: Certe tardum oportuit fuisse auxilium, si hæc talaria sunt expectata. Ita dum cupit ingentes excitare, delabatur in absurda, quæ risum potius, quàm dolorem efficiant.

Eodem stylo Aristides sōphista in illa flebili monodia, de Smyrna collapsa, inter cæteras neſias addit: (Si Gorgones reuiuiscerent, non iam Medusam, aut oculum suum sternerent, sed Smyrnam, communem Asiæ oculum deplorarent.)

Num verò ista παρατραγωδία, & παρὲν θυρσον? sed plenius in affectibus examinabimus.

Alij etiam magis importuni ambūioso orationis tractu, aut plorant, aut iurascuntur, aut dereſtantur, aut Deos, Deasq; omnes, in rebus ludicris & penè nullis inuocant. Quærunť ab auditoribus, hominibus plerumque frigidis, & vrbans, num lugeant, num indignentur, num auerſentur, num tantum nefas abominentur: cum illi interim nihil horum experiantur, sed tranquillī omninò sedeant: Aduertere se dicunt pallorem, & lachrymas, & ciularus eorum audire, qui non magis mouentur, quàm statua.

Hoc certè genus, inter cætera miserabile est, & insanum, nec immeritò παρὲν θυρσον nominatur; habet enim multū de thyrsio, & furore: Nam quid est aliud in rebus modicis? tam insanæ mentis aflu iactari, quàm Oratorē illū imitari, qui apud Lucium Apuleium pro tribus vrbibus, ab ebriio iuvene multis istibus perforatis, quasi pro cæsis iuuenibus perorat, & ait.

(Neque parua res, ac præcipuè pacem ciuitatis cunctè respiciens, & exeplo serio profutura tractatur, Quirites sanctissimi. Quare magis congruit, sedulos, atque vniuersos vos prodignitate publica prouidere, ne nefarius homicida, tot eadum lanienam, quam ciuenter exercuit: impunè commiserit.)

Adhæc omnes risu dissoluuntur. Mox quædam mulier, per mediū lachrymosa, & flebilis, ait

Aristidis
παρὲν θυρσον
ἐν αὐτῷ
μειοσίαν,
ὄντι τὸν αὐ-
τὸν φθαλ-
μὸν, ἀλλὰ
τὸν τῆς λαι-
ας ἰπὸν ἰδου-
σαν.
Parenth-
haractes

Parenth-
exemplum.

imm
tio-
sua.

atra veste contexta, paruulum quendam sinu tolerans, decurrit; ac pone eam, anus alia panis horridis obsita, paribusq; mæsta floribus, ramos oleaginos vtræque quatientes, quæ circumfusa lectulum, quo peremptorium cadauerum contexta fuerant, plangore sublato lugubriter ciuantes.

(Per publicam misericordiam, per communæ ius humanitatis, aiunt, miseremini indignè caforum iuuenum, nostræque viduitati, ac solitudini, de vindicta solatium date: Certè paruuli huius, in primis annis destituti fortunis succurrite, & de latronis huius sanguine legibus vestris, & disciplinæ publicæ litate.)

Hæc si pro tribus vtribus seriò dicerentur, *παρὲν δ' ὕψους* facerent manifestissimum; sed cum ad risum, publicamque lasciuiam ficta sint, nihil habent istius generis.

Exilia orationis magnitudine prudenter attollenda.

Porro in id sepe vitium incurrunt Oratores sensibus grandes, vberes, & amplificatori, qui cum summæ laudis esse existimèt, res alioqui exiles orationis maiestate plenius attollere: hoc ne mica quidem falis adhibita faciunt in rebus singulis, & tanas in Mineruam, Pygmaeos in Polyphemum, res denique leuissimas in cothurnos tragicos non sine risu deformant.

De stylo scholastico.

CAPVT VII.

Styli scholastici typus

Meminit quoque Cassius Longinus *σχολαστικὸς ὁ χαρακτὴρ*: hoc est scholastici sensus, & styli: fit autem, cum ea quæ ciuilis esse debet oratio, ad ymbratiliū præceptorum minutias putidiusculè conformatur. Accidit enim plerumq; ut adolescētes è ludo nuper egressi, vel etiam viri scholarum ymbris diutius nutriti, cum ex palæstra in aciem deuenerint, nondum ad ciuilis illius cæli tolerantiam facti, atque compositi, nescio quid ymbraticæ mollitiæ, quam cum lacte suxerunt, retineant. Itaque alij antequam ad rem veniant, præfantur apparatus, & excurrunt longius. Alij digressiones, & locos cōmunes affectant, quibus cum infederint, arbitrantur se Iouis asbis (quod aiunt) quadrigis vehi. Alij, in quocunq; demum argumento exordia, narrationes, confirmationes, perorationes religiosius exigunt, atq; ista quidem omnia, quamuis frigida, & importuna sepius ingerunt, ne videantur artis legibus defuisse. Alij minime spectantes, an oratio ornata seruat, grandes figuras per *καμυσιάζει*

expressas ad satietatem aurium intrudunt. Alij etiam artem plenissimè proficiunt; exordij sui, narrationis, confirmationis, &c. meminerunt, tum se ex vna parte in alteram transiuros pollicentur, aut iam transisse dicunt, etiam excusant se, quod minus elaboratam orationem attulerint, quæ omnia scholastica sunt, & vbi morosus curantur, elaboranturque concinnius, sæpe in frigidum aliquid, aut puerile desinunt.

Demosthenes à stylo scholastico alienus.

Atque in eo, opinor, multum differunt ciuiles Iocreatis, & Demosthenis Orationes, hic enim, quod maxime est, minime vult videri eloquens, & fortunas Græciæ ex eo non pendere dicit, an manum in hanc, aut in illam partem inflexerit: vel hoc, aut illo verbo inter orandum vsus fuerit; at ille in negotiosis etiam orationibus dissimulare non potest ambitionem eloquentiæ. Nam in sua foria ad Philippum proficitur etiam *ἐπὶ γῆρας εἰσοχημίαν*, & se excusat, quòd propter ætatem ingrauescētem, tam elaborata orationis structura vti minime potuerit.

Iocreatis scholasticus, ut in suo latet.

Οὐδὲ γὰρ τὰς κατὰ τὴν λέξιν εὐρυθείας, Ἰσοκρίτου καὶ τοικιλίας κεκοσμημένα ἀντὶν αἰς αὐτὸς τὴν νεώτερον ἔχει χρόνιον, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπέδειξα, δι' ὧν τοὺς λόγους ἠδύνας τ' ἀμα, καὶ πισοτέρως ποιοῖεν, ὧν οὐδὲν ἔτι δύναμαι διὰ τὴν ἡλικίαν.

Quæ excusatio non perita accusatio est. Præfatur etiam amplissimè de suis familiaribus, & eorum de hac sua foria iudicia exponit, quæ omnia parum ad persuasionem faciunt, & ambitiosè potius quam neruosè dicta sunt.

In Panegyrico verò, qui & suasionem continet ad Græcos, tam magnificè de sua eloquentia sentit, & dicit, ut nisi pro rei dignitate, suaque gloria, & pro tempore, quod in hac oratione elaboranda, concinnandaque posuerit (in qua decennium ferebatur insumpsisse) peroret, nullo modo sibi ignosci velit, sed contentum, & derideri.

Εγὼ δ' ἦν μοι καὶ τὰ πράγματα ἀξίως ἔπαυ, καὶ τῆς δόξης τῆς ἑμαυτοῦ, καὶ τῆς χρόνου, μὴ μόνον περὶ τὸν λόγον διατεφεθέντος, ἀλλὰ καὶ σύμφωνα τῷ αὐτοῦ βεβίωκα παρακλήσομαι μηδεμίαν μοι συγγνώμην ἔχειν: ἀλλὰ καὶ λαχέων, καὶ καὶ λαφρονέω.

Iso. Paneg. 80.

Hæc quidem ostentationem habent eloquentiæ

quentia non mediocrem, quae Oratori civili cauenda est, vel maxime.

At verò sub finem Orationis, quasi in pròptu diceret, qui se comparata oratione dictum, initio professus fuerat.

Οὐ τὴν αὐτῆς ἀπὸ τῶν χάριτων γνώμην ἔχωρ, ἐν τῷ παρόντι χρῆσθαι, καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς τῆς λόγου. Τότε μὲν γὰρ ἄριστος ἀξιολογῶν περὶ τῶν πραγμάτων εἶπεν, νῦν δ' ἐφικνέμεθα τῆς μετέθεστος αὐτῶν: ἀλλὰ πολλὰ με διεπέφηνεν ὡς διανοήθει.

(Iam verò non ita sentio, ac initio orationis meae: tunc enim pro dignitate rerum, me posse dicere existimabam, nunc magnitudinem earum non assequor, multaque mihi eorum, quae dicere institueram, exciderunt.)

Nimis aperta calliditate haec sunt elaborata, quasi finem orationis non prauidisset, qui se per decennium scripsisse gloriabatur.

Habent & multum palaestrae scholasticae, quae à Iuliano imperatore ex Sophistarum scholis adhuc recentè scripta sunt. Quorum enim in Eusebiae encomio tam longa insinatio contra ingrati animi vitium: Τί ποτε ἀρα χρὴ διαλέξασθαι περὶ τῶν ἐφειλότων μεγάλων, καὶ ὑπὲρ μεγάλων, οὐτὶ φημί χρῆστον, οὐδὲ ἀργύριον, ἀλλὰ ἀπλῶς ὅτι ἀντόχοι τις παρὰ τὴν πέλας εὐπαθῆρι, εἴτα πιαδτα ἢ ἀποστίνειν οὐτε ἐπιχειρῆντων, οὐτε διωκόμενον βελύμενος ἢ καὶ ὀλιγοφρονας ἐχόντων πρὸς διωκτὰ ποιῆν, καὶ διὰ τοῦτο δὲ φημι: ἢ ἡλιονότι φαύλας, καὶ μοχθηροῦς νομιζέον quid ista perodus, & caetera quae diffusius narrat, aliud volunt quam ingratum animi labem esse fugiendam, qua ratione ad laudandam Eusebiam prouocatur, cui multis, & magnis beneficiorum nominibus tenebatur adstrictus. Hocetsi ad rem facit, poterat tamen dici rotundius, nec tanto lenitudinis an fractu trahi. Alium deinde locum communem annectit, laudandos esse summos viros, nam hoc (inquit) & Plato, & Socrates fecerunt, quidni etiam inquit foeminas? Si quidem Homerus Penelopem laudauit. Haec thesis longius excurrentis multum sapit de schola. Accedunt etiam exempla ab homericis saepius perita fabulis, & digressiones de gratia, & libris cum annexis excusationibus, quae caetatum iuueniliter adhuc quasi in Rhetorum studio volutantem

arguunt.

De stylo poetico, & cantico.

CAPVT VIII.

Quaestum est saepe cur Dionysius Halicarnassensis ingeniorum styliq; iudex, & censor acerrimus, optimam orationem Poesi simillimam esse debere statuat. Et quo Herodoti, & Thucididis historiam pulchram poesi non crederetur appellare Καλαίη ποιήσεις ἀμφοτέρων οὐ γὰρ ἀνὰ στυλιωδέειν ποιήσεις αὐτὰς λέγειν Lucianus verò suadet ei qui eloquentiae decora concupiscit, vt primò optimos quotque Poetas legat, deinde se conferat ad oratores: quod profectò non faceret, nisi ad conformandum stylum prodesse Poetarum lectionem arbitrareretur. Sed tamen quamuis Poetas, vt ad oratoris institutionem perutiles commendare videatur, haec oratio non est ita intelligenda, vt stylum Poeticum probet, a quo sanè ambo, & sententijs & scribendi genere vehementer abhorruere. Quid igitur vterq; voluit: Poetas, maxime verò Tragicos & comicos de meliore nota, oratoriae facultati non leui fore adiumento, si quis se in eis ipso discendi, scribendique tyrociniò prudentier exerceat. At hoc (inquis) non plene satisfacit Dionysij menti, qui Thucididis, historiam Poesim aperte nominauit. Dicam equidem & pauca, quae haec in re mens Halicarnassensis fuerit. Structuram verborum, & numeros oratoribus commendat, quam rem vnam ad mulcendos suauitatis lenocinijs animos efficacissimam esse probat: Vt eorum verò incuriam redarguat, qui penes solos Poetas esse numeros arbitrati, legnem, dissolutam & plane incompositam orationem effutunt, optimam orationem Poesi simillimam esse contendit, hoc est (vt ipse ait) διὰ τὸ ἀντιχρον nec minus accuratam compositione, modulisque structura decoram, quam sint ipsa poemata, licet alijs, & liberioribus numeris effluat. Hoc Cicero in oratore explicatissime docet.

Nam etiam (inquit) Poetae quæstionem atulerunt, quidnam esset illud quod differrent ab oratoribus. Numero maxime videbantur antea, & versu: Nunc apud oratores iam ipse numerus increbuit. Quicquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest à versu, (nam id quidem orationis est vitium) numerus vocatur, qui graece ἐθμός dicitur. Itaq; video visum esse nonnullis, Platonis, &

Dionysius Halicarnassensis de stylo verborum. Cuius optima oratio appellatur poesis. Poesis oratori perutilis. Idem in epistola ad Cneuam Pomp. Luc. Lianus xiphani.

Cic. in orat. p. 253. 254.

Eloquentia Iulian. multum habet palaestrae scholasticae.

Iulianus in Encomio Eusebiae.

Iuliani scholastica.

Democriti elocutionem, etsi abste à versu, tamen quod incitatus feratur, & clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum, quam Comicorum Poëtarum: apud quos nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis.

*Quis in ve
oratores Poe
ni similes.*

(Deinde) Ego autem, etiamsi quorundam grandis, & ornata vox est Poëtarum. Tamen in ea cum licentiam statuo maiorem esse, quam in nobis faciendorum, iugendorumque verborum, Tum etiam nonnullorum voluptati vocibus magis quam rebus inseruiunt. Nec verò si quid est vnum inter eos simile, id autem est iudicium, electioque verborum, propterea cæterarum dissimilitudo intelligi non potest. Hæc Cicero; sed & Quintilianus clarissimè rem totam dijudicat his verbis.

*Quint. lib.
10. c. 1.
cur poësis o
ratori ne
cessaria.*

Theophrastus, inquit, plurimum oratori dicit conferre lectionem Poëtarum, multique eius iudicium sequuntur, neque id immerito: Namque ab his & in rebus spiritus, & in verbis sublimitas, & in affectibus motus omnis, & in personis decor petitur, præcipueque velut attributa quotidiano actu forensi ingenia, optime rerum talium blanditia reparantur: id eoque in hac lectione Cicero requiescendum putat. Meminerimus tamen non per omnia Poëtas esse oratori sequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarum, addit etiam, pedum necessitate.

*Id. Do-
gma Cæsar
Placuit
oua pons
dixit
Philost. in
Apoll.
Ammiani
stylus Poe-
ticus.*

Ex eo apparet quantus est error eorum qui Poëtico stylo perperam in soluta oratione abutuntur, vel verbis vel numeris, vel periphraseon quæ permuldis communis esse solet licentia. Hæc in re importunus est Ammianus historicus, quo enim hiatu hæc dicit.

Cumq; primum aurora surgeret, uniuersaque videre poseram, armis stellâibus loricabant, ac ferreus equitatus campos opplebat & calle. Fac pedes, quid sunt ista nisi carmina eaque prætumida?

Item,

Sauiens per urbem æternam urebat cuncta Bellona ex primordiis minimis ad clades ductam luctuosas, quas obliterasset utinam iuga silentium quæ ampullæ Poëtice? ut omnia nefario bello arsisse dicat.

Item: Hyeme verò humes crustata frigoribus, & tanquam leuigata ideoq; labilis incessum præcipitantem impellit, & patula valles per spatia plana glacie perfida vorant nonnumquam transeuntes.

Et vbi Poëta epithetis densior aut verbis tumidior?

Ita his ampullis affluuit, ut quæ quotidiana sermone omnino dicenda erant, etiam his phæletis augeat & peruertat, ut ludibriis ignavia torrente, excedant. & humanitati multiorum officijs retinebant, & famarumorum nutritrix maligna dispersit.

At vbi inflat ex industria quis molem sustineat? Megara, uadam mortalis inflammatrix (sautentis assidue iste sunt Apuleij deliciae & (vt ipsi aiunt) Anemonæ verborum: talia sunt quæ de suo patrio solo scribit glæba felices ætorum, libris facitioribus creditæ.

Ut primum tenebris abiectis dies inlabebat, & candidum solu curriculum cuncta collustrabat.

Item.

Imo de pectore cruciabile iuspirium ductens, & hæc quæ grandiori spiritu intonat: Nec mora cum vi patrefactus adibus, globus latronum inuadit omnia, & singula domus membra cingit armata factio. Et auxilijs hinc inde conuolantibus obfistit discursus hostilis, cuncti gladius, ac facibus instructi noctem illuminant, coruscant in modum ortus solis ignis & mucro.

Nec satis inflectit nonnumquam orationem in degeneris naturæ maium quod vocant Cæticum, vt Tibi responsent sidera, redent tempora gaudent numina, seruiunt elementa, suo nutu spirant flumina, nutriuntur nubila, germinant semina, cresunt germina, & Montium scapula decurrendo, fontium uena ebullando, & fluminibus via obumbrando: hæc est styli poëtici species veræ eloquentiæ admodum perniciosa, quæ tamen rudibus sæculis iongè, lateque peruagata, fatali pruitu multos secum traxit, diuque dominata est.

Certè istis ampullis oppleti sunt Sidonius Apollinaris & Ennodius, qui ad huius licentię summum decenerunt; nam Sidonius aperte canit.

Iam sol adultus rosida noctis humor in radio crescente orbuerat.

Bestialium rigidarumq; nationum corda cornea, fibraq; glaciales.

Sermonis Celtici squamam depositura nobilitas nunc oratorio stylo, nunc Camænatibus modis imbuitur.

At Ennodius, cuius poëtæ audaciam non equat his verbis?

Interea dum anceps esset fortuna certaminis, & pennata mortes sibi æthera vendicarent. Telus concita tremuit concussione cornipedum. Excepit te sonipes lituorum desiderijs inquisitus, & Theodotus lan-

Apollinaris
Ennodius
Sidonius
lo poëtici
laboranti

Sid. ep. 11
Ennod. in
Panegyri
Theodotus
lan-

Incaerum imber coelum obtexit, & Larissaus Heros ille apud Rupcom, & Styli colam, & monstrorum eruditorem scrupula scholae euadit.

Tertul. de pallio.

De Stylo Allegorico, & periphrastico.

CAPVT IX.

Sed quoniam in huius auctoris mentionem incidimus, eius, quem nunc discutimus styli, exempla suppeditabit. Floruit eo tempore, quo illa infana metaphorarum, vel potius allegoriarum dulcedo cuncta peruaserat, & iam Ferrum Ciceronis Tulliana dictio, vulgò dicebatur, contra aurea putabantur frigida quaeque acumina, & allegoriae, quibus illi scriptores sua refererunt.

In quo profectò minor est error magni illius, & felicitis Ennodij, qui calentibus adhuc eius, quam à magistris acceperat Rhetoricæ studijs, ista scripsit, quam barbari, & squallentis sæculi, cui aurum pro ferro, & ferrum pro auro, in tam grauibus eloquentiæ corruptelis fuit. Sic igitur Ennodius ad Ioannem.

(Diu salum quæris verbis in statione compositis, & incerta liquentis elementi placida oratione describis, dum sermonum cymbam iater loquelæ scopulos rector diligens frænas, & cursum artificem fabricatus trutinator expendis; pelagus oculis meis, quod aquarum simulabas, eloquij demonstrasti.)

(Deus bone, in quantos se vsus diues lingua dispargit! Cum voluerit sciat vt bestia, currit vt fluuius, fluctuat vt profundum: & quantumque fucatis verborum imaginibus pingit speciem, veri ad stipulationem repræsentat. Timere te Scriptionem, quasi fronte tener, insinuas; dum declamationum pompam refuga laudis deposcit assertio, (& fit auara gloriæ, dum pudori parcere se ostendit, peregrinam mentita formidinem.) Ago atque habeo gratias, quod nobilia rudimenta facundiae tuæ, in amici quantum æstimas præconis consecrasti. Et licet non agnoscant mea esse, quæ loqueris: religionem tamen narrantis amplector, diligentiam pectoris laudo, quam gratiæ persudum rutilantis luce dedicasti. Tibi fax ista prætenditur, quam in opinione mea blandus elocutor accendis. Ego noctem conscientie meæ, etsi non fugio, noua tamen æstimare.

Expende singula, & accurate dispice, quid sine allegoria: quid sine similitudine dictum

inuenire: & styli importunitatem! At dices, pulchræ sunt Metaphoræ: sed & pulchrorum modus est. Melleæ sunt? & mellis suauitas affert fatietatem. Gemmeæ sunt? distinguant igitur opus, non obtuant. Ad orationis delicatas, non ad communem quoridiani sermonis vsum inuentæ sunt metaphoræ, quas si vbiq; velis intrudere, styli monstruosum corpus facias necesse est. Venustissima quidem est ars picturæ, quæ expressis rerum imaginibus opulentas amulatur naturæ dotes, nemo tamen adeo demens est inuentus, qui naturæ opera de medio tollenda esse censeret, quod eorundem picturis, vsque perelegantibus expressa simulachra intrueri liceret. Siquidem manufactorum decor breui admodum voluptatis delinimento paciscit sensus. Naturæ dona diuini, & solidius oblectant. Quod licet quidem animaduertere in ijs, qui picti ruris similitudinem, aut auium versicolores plumas spectant in tabulis.

Stylus in legoricus, cur vitiosus.

Præclarum discrimen inter naturalia, & arte facta.

Primò quidem aspectu, quasi totam hauriant oculis voluptatem afficiuntur quam suauissimè. Paulatim verò diu occupatis eadem imagine sensibus iucunditatis gratia confescescit. At quæ naturalia sunt, & magna, vt Maris exposita facies, gelidorum fontium lapsus, vtubra nemorum, montiumque vestitus viridissimi, nouo semper voluptatis aucupio suos recreant amatores. Haud quidem dissimile est, quod in hac styli materia enenire solet: Nam illa sermonum picturata (vt appellant) diademata sua crebritate fastidiosa, aures statim obruunt. Verba vero propria accuratæ orationis dulcibus illigata numeris, si non acriori, diuurniori tamen, atque vtiliori delectatione sensus retinent auditorum.

Qui fit igitur vt multi hoc loquendi genere capiantur: quia fucò illitam voluptatem solidæ iucunditati anteponunt. Iuuat enim ista audire blandius infracta.

(Dum fauos loqueris, & per domos cereas eloquentiæ nectare liquentis elementi mella componis, peregrinum labijs meis saporem e puli diuitis insudisti.)

Allegoriarum dulcedo imponit auribus. Ennod. ep. 9. l. 1.

Et in Panegyrico Theodorici.

(Et adhuc in cano flore degebas adolescentiæ, nec virtutum messem lacteus ante experimentum culinus attulerat. Adhuc blanda erat imago pubescentis, nec tingens faciem lanugo vestiebat: quando aui purpura, & flosculus superuenientis imperij promittebat sollicitis, de gratiæ commutatione terrorem. Cum in

K per-

perturbationem roboris, & clementiae tuae, ruptis vinculis furor emicuit: & euisceratas diurna quiete mentes occasionis pabulo subiauguit.)

Nonnulla fateor hic dulcissime reident: vt. Adhuc blanda erat imago pubescentis, nec tingens faciem lanugo vestiebat. Sed tamen quam saepe cum vino fecem bibere coguntur, qui isto genere delectantur.

Nam rupta clementiae vincula: & euisceratae quiete mentes, & occasionis pabulum, cui tandem, nisi duris auribus placere possunt?

Quis verò blanditias nominet: (Vellem ad orationis terminum victus gestorum tuorum enormitate descendere, & nouellas adores hebetatus priscoe luce transire.)

Sed esto placuerant ista Gothico saeculo, & glacialibus (vt ipsi aiunt) sibiris; minimè enim mirandum est. Hoc magis miror, quod Ennodius Ciceroni parum æquus aurum Demosthenis, & ferrum Ciceronis appellet, & Arpinatem. (Sic enim nominat) loquacitatis Sidonius insimulet. Ex quis stylus eo, in quem temporis iniquitate magis, quam sua voluntate deuoluti sunt, loquacior est, aut durior? Scilicet vbi Cicero habet, *Languei iuuentus*. Sidonius *rusticitas iuuenum nostrorum calcata generositas*. vtrum loquacius? Vbi Cicero *Terram, au' herbas are, ptere*. Ennodius, (Cui si votiui negentur affatus, fatiscat vt terra, cui coelo nihil liquitur, nec venas suas succo bibuli humoris infundit.) Vtrum tumidius? quam verò inflata sunt, & rudia.

Ennodius dictionem tullij ferrum Ciceronis appellat, eundem loquacitatis insimulat sed inmerito Sidonius.

Eat nunc, & cothurnatis velationibus Alexandrum inctet antiquitas, cui fama opulentiam peperit dos loquentium, vt per adiutricem facundiam videatur crescere rebus mendica laudatio si Artica breuitas, laudanda est, num vno verbo dici poterat *Alexandrum sua fama minorem extitisse*.

Miror quomodo se Atticos etiam penè dicere audeant, qui hanc styli rationem imitantur, modo ampullas istas obscuris aliquot, & tortis sententijs, quas vocant acumina, tamquam sesamo, & papauere aspergant. Distant certè illa ab auro Demosthenis, vt ab are Lupina.

Et tamen quantus est etiam hoc saeculo apud vernaculos scriptores huius styli pruritus? Nihil opus est in tanta scriptorum multitudine nominare quemquam, nimis occurrunt, nimis dulcibus vitijs spad imperitos, & sui similes leguntur, & placent: vtiqam qui hanc

insanam dicendi licentiam sequuntur, Illustriss. Cardinalis Petronij atque integerrimi Procancellarij Verrij scripta legerent, & imitentur potius, quam suo ingenio indulgerent. Hos enim viros *veteris eloquentia normam, & paria Gallicana gloria ingenia felix egregiarum mentium partu hoc saeculum dedit*, quos mirari facilius est, quam laudare.

De stylo Miscellaneo, & antiquario.

CAPVT X.

VT vitia vitijs agglutinantur facillimè, ex eo stylo gradus saepe fit in alterum, qui vocatur miscellaneus: Nihil illo monstrosius, quippe non vno dumtaxat errore contentus omnes omnium sordes complexus est. Itaque modò inflatur supra cothurnos etiam tragicos, modò infra focum reperit, modò dulcis videtur, & hilarius effluens, modò instar torrentis ad saxa violenter alijst strepere non desinit; Hic particulas versuum concisas videas, illic gracantia creberime permixta. Hic effossa penitissima antiquitatis ruderibus vocabula, illic nouis, & recentei cusa, nonnulla etiam miro schemate interpolata. Alias grauitatis personam affectat, alias lasciuu pueriliter, mox etiam succedunt frigora, ac niues: & quidquid in stylo prudentes verentur, ad summum fit.

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Talis est plerumque Criticorum, non dico illorum, qui sunt melioris notæ, sed leuium, & audacium stylus, de quibus dubium est tumorene magis animi laborent, an orationis: vidi syllogistam aliquem cuius nomini & fama parco, qui D. Augustinum his verbis reprehenderet.

Augustinus litterarum sacrarum proculdubio Princeps, & vexillarius, se do, pudendoque errore, misereque, & pueriliter hallucinatus est, & quod mirius, non minimum incognibili macula. Vtrum os turpius, an stylus? Esto errauerit (quod tamen rectè negari potest, & accuratus in Criticis expendi (ideo ne Diuus ab homuncione ita fuit perstringendus? Non satis fuit dictum se do, pudendoque errore addendum etiam miserique & pueriliter. En quo grauius ingenium pudore, & moderatione destitutum prorumpit audacia! En quibus sanctorum Patrum in tot gloriofis laboribus,

ver-

versata canities, vellicanda præbetur! sed ad stylum redeamus, & in eodem vitiorum, quæ descripti intueamur exempla. Augustinus literarum sacrarum, inquit, proculdubio princeps, & hoc rectè statim fecerat notem his verbis mirius & incognobili macula ex qua enim effodit maceria: addit Laminam lividulorum lastratum ut eleganter inquit Apollinæris, cote livoris acuminatas linguas, quæ vitia est garrire sciunt illud loqui nesciant garrere conspicio. Sic enim in eius commentario scriptum inuenio, & hoc elegantiam vocat.

Inquinatissimi styli exemplum.

Illud subinde, & idemdem Plinianum euomētes suspendio arborem eligendam, cum in Theophrastum hominē in eloquentia tantum, ut nomē diuinū inde inuenerit, scripsisse etiam Leoninum feminā constat. Exemplo pari hi blaterones subdanti superciliū vituperones, qui quod ignorans eleuant me vellicabunt, taxabunt, & demorsicabūt, qui spreti viri in omni doctrina tanti eiusdemq; apothecis obstrigillari tantillus. & indoctus audeā. Caterum velicatis, ut inquit Plinius, exulsioni iue hominum turbis, ad accepta redeamus. Nos enim ingenū profitemur, nec ut Ciceronianam dictionem usurpem muginamur, atque tergiversamus, quin multa sunt quæ sicut non omnia sigillatim nouimus, ita nō omnia nescire. Liber in re simili Heraclitia vitæ paraxima, de qua meminit Aristoteles in decimo libro de animalibus. Eā dixisse ferunt Heraclitum. (Sic enim in eius cōmētario legitur, quamquam benignè interpretatus, malo errorem librariis imputare) ad os qui cum alloqui eum vellent, quod forē in casa quadā furnaria caloris gratia sedentem vidissent, accedentes temperarunt: Ingressi enim eos sidenter iussit, quoniam, inquit, na huic quidem loco Dij sunt immortales: Eoem diēstatio intempariem horum libellinarum rabiosorumque rabularum diluam. Ut affirmem nostra hac nō nimium nihil esse, quin saltem subsit aliquid probi, & integelli, si candidus aure, nec matutina sibi fronte venis. Abundè vitiosus est hic stylus, & ipsum penè vitium. Vis ampullas, & tumores? Cote tumoris acuminata lingua vellicans, taxans, demorsicans, & quod ex Ciceronis epistolis ysurpat muginamur. Qui venit homini in mentem, ut istud verbū conquireret omnia credo Ciceronem legens, culta, facunda, & plane aucta prætermisit: In hoc vno quod cū Attico suo familiarissimè iocatus dixit ex Lucilio, hæsit auidius, & quasi gemmā inuenisset, statim suis cetonibus intexit. Quid aliud muscæ faciūt: quæ ut ait D. Basiliius, poluissimum manus candorem celexime

Aduersus eos qui praelara quæ prætermittentes putida seligunt.

Styli qui...

percurtant, eoque minimè afficiuntur: At si quid forē scabiosum inuenerint, hoc delicias suas rata suauius deosculantur. Ita hic author lectissimas quasque Ciceronis dictiones præteruolat, hoc quod per iocum dixit Lucilium referens, arripit, & non muginamur, inquit, hæc profecto, si nihil aliud est, cano adia est, quæ importuna. Vis deinde Parthyistū exclamat in nugis. Libicinas rabioso, que rabulas, vis puerile: Lividulorum lastratum non nimis nihil aliquid probi, & integelli. Vis poëticum? Candidus aure, Matutina fronte. Vis frigidum? In casa furnaria Heraclitum dixit, Deos esse immortales. Igitur & in meis scriptis, quibus D. Augustinum castigo, aliquid erit probi, & integelli. Num hoc Seythica heme frigidius: quid deinde illa antiquitatum perpetua vbi nihil opus est, & affectata prurigo aliud arguit: quàm iuuenilis ingenij ostentationem? At dices hæc tantum in Criticis: imo etiam in epistolis ad amplissimos viros, in quibus verecundia, si vnquā alias, & nitor accurata dictionis requiritur. At ille (tara est huius styli, vbi prurientes animos semel occupauit) infania. (Accepi splendissime, & Ultramontane Marchio reuerendissime Protonotarie, colende Parrone, hæc qualiacunque annotamenta, quæ sub nomine tuo vti tutiora sint, & gratiora calchytypis notis dispalescere, inuulgari que curauimus, & fortassis ab hoc legentur, quoniam tui nominis venerabili, micantissimo, radiofo, per ora cuncta diffusili dicata sunt: siquidem genius est operis, & perēntas eūterna, Principi opus dicare, qui Deus terrenus est, & mortalis Iupiter, qui vno tantum minor est Ioue.) Num videtur ad Luciani Sospolim hic stylus renitendus? Sed minimè mirum est, si ita loquatur auctor, qui Lucium Apuleium florentissimi styli, nitidissimi que characterissimi scriptorem nominat. & tenebras! Deinde librum suum ita alloquitur.

Stylus epistoliaris ad compallendos amplissimos viros deterrimus.

Ad Luciani Sospolim hic stylus emulatus ut eycatur vomitorio.

Liber Hannibalis gentio suffultus, & aura, Nec unafutum Rhinocerotatimo. Inuida doctiloquo poterit magis esse Philippo, Quam fieri possit amu a posteritas.

Huic auctori, ne quod acerbius dicam, & saniores stylum, in discutiendis sanctorum scriptis, maturius iudicium, aut moderatorem verecundiam defuisse arbitror. Sed tamen hæc dicendi ratio tam infana multos oblectat. Quorsum: habet spectem aliquam eruditionis, dum duersa antiquorum auctorum figmenta cogmentat, arripit etiam obscurissima quæ

Cur stylum niquarū loquantur nonnulli.

Stylus doctus. Et antiquarius. Sidon. ep. 7 l. 1. Idem ep. 7 l. 1.

Hoc stylo describitur villa Apollinaris li. 2. de qua in descript.

Stylus proverbialis.

Vide Terull. lib. 4 aduers.

Marc. 9. 25. aduers.

Valent. c. 3.

num. 21. ad.

Martyr. c. 3.

Valent. 16.

Polybium, lib. 16.

Hermog. de Idais, etc.

Antiquitates acuminibus mixtae. Et nescio quid floride dicitur. En-

que adagia, & tenebrosas historias, & iactantiam eruditionis prope puerilem. Hoc enim caractere potissimum dignoscitur. Multa huiusmodi sunt apud Sidonium Apollinarem. Ennodium, Apuleium, qualia sunt ista. *Hac enim fronte possemus fluminibus aquas, syluis lingua transmutare, parum est ita eloqui, quod ille vno verbo. notham Athenas.* Addit, *Hac enim temeritate Apellem peniculo, caelo Phydiam, malleo Polycletum muneremur,* & (Hi sunt quorum comparationi digitum tollent Narcessus, Asiaticus, Massi, Marcellus, Carus, Parthenius, Licinius, & Pallas. Hi sunt, qui inuidet tunicatis otia, stipendia paludatis, viatica verdarijs, mercatoribus nundinas, munuscula legatis, portoria quadruplatoribus, praedia provincialibus, stamonia municipibus, arcarijs pondera, mensuras allectis, salaria tabularijs, dispositiones munerarijs, pratorianis sportulas.) &c.

Hoc igitur pacto, & saepissimè per hanc figuram multas antiquitates variè conquisitas, vna periodo congerunt, & conantur in singulis impicere lectorem.

Alij proverbialia, quae simplici quadam gratia venustate solent orationem, modo quali generum intermicent, non offundant omnia, in vnam veluti patinam congerunt, & sicuti apud Helladium B. santiaorum, Tertullianum, & caeteros latet quid occultatum, eruunt, distorzarumque obscuritatem texunt, veluti fasciculum. Et vnde (inquit) de Iesopi puteo sinus? *Lamia turres primum videbantur eius dicta: at postquam ad Scamma productus est, non Hieram quidem fecimus, sed statim, ac Mappa missa est, qui Scipione militarior audiebat, vilis est Ficusneus, micas inferre, & Peponem cordis loco habere. Vbi per lineam eandem diu ferram reciprocavimus, tandem ille licet Iliro fallacior, Hypobrychium irrespirabile accepit.* Haec tam diuersa, & in diuersissimis locis dicta, vno nexu vincunt, vno spiritu pronunciant, quod cum expeditissimè dicunt, mirandas apud imperitos colligunt *επισημασιας*, qui eas solent mirari impensius, quae sunt ab eorum sensu, intelligentiaque disincta.

Haec si venustulis figuris, & acuminibus, cum aliqua ridentis orationis lascivia reperentur, tunc praegaudio sitientes auriculas abripiunt, qualis est ista Ennodij oratio. Nam praeterquam, quod antiquaria est, delicatissimum florem praefert dictionis.

Sed nec formae tuae decus inter postrema n-

merandum est, quando regij vultus purpura, ostium dignitatis irradiat. Exhibete Seres, indumenta, precioso murice, quae fucatis, & non vno atheno bibentia nobilitatem tegmina prorogate. Discoloribus gemmis fertur textatur, & quem vehementior vipera custodit lapis adueniat. Quaecumque ornamenta mundo obsequente transfusa fuerint, decoratavenerandi genio corporis plus lucebunt. Statura est, quae resignet prolixitate regnantem. Nix genarum habet concordiam cum rubore. Vernant lumina serenitate continua: dignae manus, quae exitia rebellibus tribuant honorum vota subiectis. Nullus intempestive positum iacet. Qua quod agunt in alijs. Dominis diademata, hoc in rege meo operata est Deo fabricante natura.

Demus iterum veniam saeculo, & illi, qui ista in aetate, & Rhetoricorum qualia tunc vigeant studiorum cursu scripsit. Nulla tamen ratione hic stylus in imitationem trahendus est imperitis adolescentibus, qui in deteriora crebrius abripi solent. Est enim ab eloquentia longe disinctus, & ut liberè fatear, styli morbus quidam potius, quam vlla facundiae species, aut solidum gloriae simulachrum. Et quaequam ingenio in hac dicendi pruigine imperare difficillimum est. Tamen si quis serio tot prudentissimorum hominum iudicia, qui hanc loquendi rationem condemnarunt, spectare volet, desinet in eo sibi placere, & cum ad ingenij maturitatem adoleuerit, has pueritiae phaleras irideret, nec squalentis faculi incultam barbaricam, potentissimorum ingeniorum disciplinae, vlla ratione putabit anteponebam. Erit autem adolescentibus ab his vitijs cauere facillimum. Si ipsis studiorum inijs vnum Ciceronem, & pauculos, sanosque historicos lectiter, ne nimia doctrinae, quam avidius aliquando concupiscunt ambitione, perpetuam styli iacturam faciant.

De stylo humili & rudi.

CAPVT XL

HAECENUS ea styli genera persequuti sumus, quae in sensuum, verborumque tumore versantur: nunc etiam ea, quae istis exaequo sunt opposita, discutiamus. Sed antequam ad optimum dicendi characterem deueniamus, etiam nonnulla quae per defectum contingere solent vitia, sunt obiter expendenda. Occurrit primum styli humilitas, in quam pauci admodum

*Humili
stylo
laborant.*

modum scriptores sua sponte iacurrerunt, ita omnem, ut in vita ignobilitatem, sic in stylo exilitatem fugiunt, maluntque, vel per tumorem a recto dicendi genere excidere, quam per humilitatem videri minus ingeniosi.

Μεγάλας ἀπολοδαίρειν ἀμαρτημ' εὐγενές.

Contingit autem humilitas in stylo duobus modis, vel per sensuum exilitatē, vel per tenuium verborum abiectam compositionem. Sensus humiles fiunt, cum minutulas res putidiusculē discutiunt, verba contempta, cum aut delectu carent, aut structura.

*Gravium
et humiliū
auctorum
discrimen.*

Graves igitur aures lectissimos quosque sensus, quasi florē principatus inter se copulantes digerunt, e quibus existit ea, quae omnium ore laudatur orationis amplitudo. At pusilli, inter auri etiam, & argenti, quae selegerunt lumina, arenam, ramenta, & quisquillas inferciūt, quibus excitatam illam sermonis pulchritudinem plane corrumpunt. Talem hunc Theopompi locum iudicat Longinus.

*Theopom-
pus apud
Longin p.
64. edit.
Crisp.*

Ποια γὰρ πόλις ἢ ποῖοι ἐθνη ἢ καὶ τὴν Ἀσίαν οὐκ ἐπηρεάζετο, πρὸς βασιλέα τὰ ἢ τ' ἐκτὸς γῆς γεννομένων, ἢ τ' κατὰ τέχνην ὄντων λαμμένων καλῶν ἢ λιμίων οὐκ ἐκομιδῇ δῶρον ἐς αὐτόν, οὐ πομπῇ μὲν καὶ πολυτελεῖς τραυμαίαι καὶ χλαμίδες, τὰ μὲν ἀλυργεῖς, τὰ δὲ ποικιλταί, τὰ δὲ λευκαί, πομπῇ δὲ σκηνῶν χρυσαί, κατεσκευασμένα πάντα τοῖς χρησίμοις πομπῇ δὲ καὶ εἶδες καὶ κλίνας πολυτελεῖς. ἔτι δὲ καὶ ἀργυροὺς καὶ χρυσοὺς ἀποειραμένους, καὶ ἐκ πώματα καὶ κρατήρες, ὧν τοὺς μὲν λιδοκολλήτες, τοὺς δὲ ἄλλους ἀκριβῆς καὶ πολυτελεῖς εἶδες ἀν' ἐκτεπωνημένους. πρὸς δὲ τοῖς ἀναξιδίμητοι μὲν ὄπλων μυριάδες, τ' ἢ ἐκ ἐλλευκῶν τ' δὲ βαρβαρικῶν, ὑπερβάλλοντα δὲ τὸ πᾶν ἢ ὑποζύγια καὶ πρὸς κατακοπῆν ἱερῆα εἰς ταῦτα, καὶ πολλοὶ μὲν ἀρτυμάτων μέδονοι, πολλοὶ δὲ οἱ δύλαχοι, καὶ σάκκοι, καὶ χάρται βιβλίων, καὶ τῶν ἄλλων χρησίμων τῶν αὐτῶν ἢ κρέα τεταριζευμένα πανθαλασσίων ἱερῶν ὡς σωρούς αὐτῶν τηκῆτους ὡς τοὺς προσιότας πόρρωθεν ὑπολαμβάνειν ὀχθρὸς εἶναι καὶ λῶφους ἀνασθενέας.

*Humilis in
seni, b. h. y. l. i. s.
exemplum.*

Quae enim ciuitas? aut quae gens. A siatica non misit legatos ad regem: Quae vero aut terra orta, aut arte elaborata pulchra, & pretiosa non sunt ad eum delata, & dono data? Multae quidem stragulae vestes, & lana, partim pur-

purea, partim variegata, partim alba. Multa etiam tabernacula aurea, instructa omnibus necessarijs. Multae trabes, & lectuli speciosi. Praeterea argentum factum, aurumque elaboratum, & cyathi, & crateres, quorum alios videre erat generis distinctos, alios exquisito artificio pretiosaque materia factos. Ad haec incran, arriorum genera innumera, tam Graecorum quam Barbaricorum. Et iuncta omnem numerum excedentia, quae incisae carnes deferbant. Multi quoque condimentorum medimni, multi thylaci, & sacci, & chartae librorum, & aliarum rerum ad victum necessariorum. Tot vero carnes salae omnis generis animantium, ut cumulos efficerent tales, quales, qui minus videbant tumulos, aut colles esse arbitrantur. Haec irridet Longinus, qui hominem ait ista humilitate sermonis μαγείρου τινά φαντασίαν fecisse. Sunt tamen in historico tolerabilia, quae in oratore proculdubio ridicula viderentur. Atque idcirco callide declinavit Iulianus in Encomio Eusebiae imperatricis. Neque enim adeo se ineptum esse dicit, ut exquisitarum vestium, ac donorum omnis generis, & monilium, ac coronarum, ab Imperatore missarum ingentem catalogum instituat, nec quemadmodum huic venienti populi exceptum, & gratulantes obuia processerint, nec quae per totam viam eximie, praecclareque gesta, atque instituta. Addit autem praecclarum dictum de oratoribus, qui istas minutias persequuntur. Λέγει δὲ ἡδὲ ἰσηκοσμῶν καὶ ὀπλιωτῶν πὶ φαῦλον, καὶ ἀγενῆς διηγημάτων γελιοτέρων νομίζει τοὺς ἀποτοροῦντας καὶ γὰρ ὅτι χειρῶν καὶ ἀπεροίμα φασὶ τ' Μυρμηκῶν ἀνίστασθαι, καὶ φεῖδ' ἰστέχνη. Qui narratiunculas rerum nonnullas viles, & contemptas orationes suauitate ornare, atque expolire student, aliquando magis ridiculi sunt, quam qui in ornando nihil operam ponunt, & opellarum fabricati minutias, quasi vetus ille Myrmecides audent aduersus Pindiam, operum maiestate praestantissimum decertare.

*Iulianus ad
minutias
prosequen-
dis canes.*

*In ois qui
minuta
quas pro-
sequuntur.*

*Iulianus in
Encomio
Eusebiae.*

*Qui dicuntur
ornato
miliū.*

*Humilitas
in verbis
exemplum
ex Cicrone
ad Vere.*

Et haec de tenuitate sensuum elegantissime dicta sunt; quod ad verborum humilitatem attinet, huiusmodi a Cicrone fingitur, & affertur exemplum. (Nam istae ad balneas accessit, ad hunc postea dixit. Hic tuus seruus me pulsauit, postea dixit hic illi, considerabo, post ille conuitium fecit, & magis, magisque praesentibus multis clamauit.



Et stylo multa extant in sacris literis, quas non gentium phaleris excolivoluit Deus, ut in ruda sermonis simplicitate praevalentis spiritus clariora essent miracula. Ita loquutus est humilis ubique D. Franciscus.

*D. Franciscus in testamento
Eius humilitas in verbis.*

Dominus dedit mihi fratri Francisco incipere facere poenitentiam: quia cum essem in peccatis, nimis mihi videbatur amarum videre leprosum. Et ipse Dominus conduxit me inter illos, & feci misericordiam cum illis, & recedente me ab ipsis, id quod videbatur mihi amarum, conuersum fuit mihi in dulcedinem animae, & corporis. Et postea parum steti, & exiui de saeculo, &c.

Edmundus in speculo Ecclesiae.

Ita Sanctus Edmundus Archiepiscopus Cantuariensis.

Ante meridiem debes cogitare de annunciatione, & de passione. De annunciatione, cogitabis de misericordia Dei nostri, quia voluit homo deuenire, & mortem pati pro nobis in sua humanitate, cum alio modo potuisset nos redemisse, & totum hoc nobis fecit, ut sibi attraheret nostrum amorem.

Sanctorum stylus plerumque ferreus, mens aurea.

O mitem sanctorum simplicitatem! stylum certe plerumque habent ferreum, sed mentem auream. At magna pars oratorum pro vanitatis linguam inaurat, & ferreis moribus viuunt.

De stylo fluctuanti, & dissoluto.

CAPVT XII.

Est & aliquod styli genus, quod fluctuans vocatur, & dissolutum, cuius disertè meminit Cicero ad Herennium.

Quid sit stylus fluctuans ac dissolutus. Cic. l. 4. ad Heren.

Qui in mediocri genus orationis profecti sunt, si peruenire eo non poterunt, errantes perueniunt ad confine genus eius generis, quod appellamus fluctuans, & dissolutum: eo quod sine nervis, & articulis fluctuat huc, & illuc, nec potest confirmare (mallem conformare) nec viriliter sese expedire. Huiusmodi autem affert exemplum.

Exemplum styli fluctuantis.

(Socij nostri cum belligerare nobiscum velent, profecto ratiocinati essent, etiam atque etiam, quod possent facere, si quidem sua sponte facerent, & non haberent hinc adiutores multos, & malos homines, & audaces, solent enim diu cogitare omnes, qui magna negotia volunt gerere.)

Non potest huiusmodi sermo tenere attentum auditorem. Dissiuit enim torus, neque quic-

quam comprehendens perfectis verbis amplectitur: & rectè quidem iudicat. Nam videtur haec veteris cuiusdam oratoris è schola minimè politi horrida, & inculta prorsus oratio. Perpède singula, nullum verbū inuenies, quod aculeum habeat, aut florem, vel quod delectum vllum praeseferat profecto ratiocinanti essent, malos homines, mala negotia volunt gerere. haec ad humilitatem quotidiani sermonis abiecta. Deinde quæ compositio, & structura? Socij nostri cum belligerare nobiscum velent, quid simplicius? & haec quæ debebat esse excitatio sententia in clausula, quam humiliter reperit: solent enim diu cogitare omnes, qui magna negotia volunt gerere.

Hoc vitium alias appellatur à Seneca lentitudo, graditur enim (ut ait Comicus) testudineo quid?

gradu, modo inchoat, modo inchoatum verbū, aut numeri penuria cogitur abrumpere. Modò hæret in salebris Rhythmorum, modò in equo & inquinatis dictionibus. Modò conatur emergere, & periodum aliquam voluit non infestam, hanc sub finem læcerat, & peruerit. Ac grege incipit, deterius saepe claudit. Diuidit multa. Nec comprehendit. Ex alio profilit in aliud, nullo ordine, serie nulla, denique post longam, & inanem digressionem redit, ad id quod coeperat. Et reuertamur (inquit) tandem ad propositum reuertamur. Contingit hæc lentitudo

Charact. lentis, & fluctuantis styli.

ipsi, qui minimè sunt in stylo exercitati, aut certe tardius habent ingenium, memoriamque imbecilliolem. Et cum toto orationis cursu sese promat, nusquam tamen clarius apparet, quam in transitionibus, nervisque, & articulis orationis, in quibus cum sapissimè peccant, totum orationis corpus lentum faciunt, ac dissolutum. Nihil tam aduersus hoc vitium facit, quam continua lectionis, dictionisque exercitatio, qua paulatim euincitur difficultas, & ex suo se veluti cortice promitt ingenium.

Lentis ac dissoluti styli corrigendi ratio.

De stylo sicco, & exanguis.

CAPVT XIII.

Commune vitium est, modum in rebus tenere non posse, quod idem in stylo familiarissimū. Alter (inquit) Seneca se iusto plus colit. Alter se iusto plus negligit: ille & crura, hic nec alas quidem vellit. Quidam enim dum inflatum stylum fugiunt, eo deueniunt religionis, ut omnibus oratione spoliem ornamentis.

Lysias sic-
cus & iustis-
mus.

Stylus ex-
guis sine
ornamentis.

mentis. Diceret eos sancte iurasse, se ne me-
taphoram quidem ullam in scripris vsurpato-
ros: omnia quidem liquide, sed ita exiliter di-
cunt, vt nullo cultu expolita placidius ynquam
fluat, nullis luminibus decorata excitatius sese
efferrat oratio. Demde illi se Atticos dicunt,
quos preclare Cicero confuat.

In eos qui
cum sint
siccus Atticos

(Nam si quis eos, qui nec inepte dicunt,
nec odiose, nec putide. Attice putat dicere: is
recte, nisi Atticum probat neminem. Insultita-
tem enim, & insolentiam, tanquam insaniam
quendam orationis odit, sanitate autē, & in-
sino orationis quasi religionem, & verecundiam
oratoris probat. Hæc omnium debet oratorum
esse sententia. Sin autem, ieiunitatem, & sic-
citatem, & inopiam, dummodo sit poita,
dum vrbana, dum elegans in Attico genere
poita, hoc recte duntaxat: sed quis sunt Atticis
alia meliora, videat ne ignoret, & gradus, &
dissimilitudines, & vim, & varietatem Attico-
rum, & in libro de optimo genere oratorum.
Est enim viriosum in sententia, si quid absur-
dum, aut alienum, aut non acutum, aut subiu-
sissimam est. In verbis si inquinatum, si abiectum,
si non aptum, si durum, si longè petitum. Hæc
vitauerunt fere omnes, qui aut Attici nuncie-
rantur, aut dicunt Attice. Sed quatenus value-
runt, sani, & siccus duntaxat habeantur, sed ita
vt palæstricè spatium in Xysto ijs liceat, non ab
olympijs coronam petant. Qui cum careat om-
ni vitio, non sunt cõtentis, quasi bona valuti-
ne, sed vires, lacertos, sanguinem quarunt, quã-
dam etiã suauitatem coloris.) Hæc Cicero, qui-
bus eos refellit, qui se nomine siccitatis, quasi
de meliori nota Atticos commendabant. Ve-
rum oratio sicut corpus hominis, ea demũ pul-
chra est, in qua non eminent venæ, nec ossa nu-
merantur, sed temperatus, ac bonus sanguis im-
plet membra, & exurgit toris, ipsos quoque
neruos rubore tingit, ac deco. e coronat (inquit
Tacitus) Atticè dicere non est sicce dicere, alio-
qui Atticus non fuisset Pericles, qui tonare,
fulgura e, permiscere dictus est ciuitate. Quæ
Pericles At- profecto nunquam toris, & tanta, hoc enecto, at-
que exili dicendi genere, quod Atticum vo-
cant, p. affuisset. Qui igitur vitium generis
Attici, hoc est exiles, & exiliuicillius (opinor)
& Lysias.

se dicunt.
Cicero in
Bruto
Attice dice-
re non est
sine orationis
dicere.

Idem lib.
de optimo
genere ora-
tor.

Non est a-
tis carere
vitio.

Oratio
humano
corpori com-
parata.

Attice dice-
re nõ est sic-
ce dicere.
Pericles At-
ticus.

Exemplum
Lysias ora-
toris
pro Phere-
nito.

δαυμάζει, ὅτι ὑπερ ὀδδενός ὑμῶν πᾶστέ εἰρη-
χῆς πρότερον ὑπερ τῆς νυκτὸς λέγω. Εμοὶ γάρ
ἄ ἄνδρες δικασταί, ζενός ἦν κρισίδος ὁ τῶ-
ν παλῆρ καὶ ὅτε ἐφύγομεν ἐν θῆβαις, παρ
ἐκείνη καταγόμεν, καὶ ἐγὼ καὶ ἄλλοι Ἀθη-
ναίων ἐβλόμεθα. Καὶ πολλὰ, καὶ ἀγαθὰ,
καὶ ἰδία, καὶ δημοσία παθόντες ὑπ' αὐτῆ εἰς
τὴν ἡμετέραν αὐτῶν καταήδομεν. ἐπεὶ ὅ ὄμ
οὔτε τῶς αὐτῶς τύχης ἐχρήσατο, καὶ
φυγάδες Ἀθῆνας ἀφίκοντο, ἠγούμεθα τὴν
μεγίστην αὐτοῖς ὀφείλει χάρις, ὅπως οἰ-
κείως αὐτοὺς ὑποσέσμεν, ὥστε μὴ ἕνα γινώ-
ναι τῶν εἰσιόντων εἰ μή τις πρότερον ἠπίσα-
το, ὅποτε ἡμῶν ἐκέκτητο τὴν οἰκίαν.
Sicca quidem est hæc oratio, & ab omni orna-
tu tam aliena, vt idiotæ cunãdam sermo esse,
vel iusto Dionysio Halicarnalsensi teste videat-
tur.

Talis enim est hic character.
Ἀναγκαῖον μοι δοκεῖ εἶναι, ὡ ἄνδρες δικα-
σαὶ περὶ τῆς φιλίας, τῆς εὐχῆς καὶ τῆς φερηνί-
πρωτον εἰπῶν πρὸς ὑμᾶς, ἵνα μηδεὶς ὀρθῶ

Necessarium mihi videtur (Iudices) de ami-
citiã, quæ mihi est cum Pherenico primum
dicere apud vos. Ne quis vestrum miretur,
quod ego, qui pro nemine ynquam dixerim
an e, hanc eius causam susceperim. Mihi e-
nim (Iudices) hospes fuit Cephisodotus huius
pater, & cum exularemus Thebis, apud ipsum
diuersatus sum, & quisquis alius Atheniensium
voluit: & multis quidem beneficijs ab ipso
priuatim, publiceque affecti, in nostram ipso-
rum patriam rediimus. Postquam vero
illi eadem fortuna vsi sunt, & fugiunt Athe-
nas deuenerunt, ratus me maximam ijs debere
gratiam. Tam familiariter eos excepi, vt nemò
eorum, qui nos adibant (nisi qui prius rescui-
uisset) vter nostrum domum, quam incoleba-
mus possideret, dignoscere facile posset.

Neque pures eo tantum loco Lysiam ita di-
cere, constat enim sibi ferme in omnibus, &
tanta ieiunitate loquitur, vt difficile sit apud
eum illustres metaphoras inuenire. Hæc ne ad
modicas quidem orationes sustinendas, satis
habere videntur dignitatis, ita reigiõse sunt
attenuata, nec supra epistolarem characterem
videntur assurgere. Quamobrem, qui ita lo-
quantur, si epistolas scribunt, sani quidem
sunt, si orationes paulo medioeres, vel etiam
magnas hoc stylo aggrediuntur, similijs ip-
sorum videtur, qui cum naumachiam iulerint in pũci-
na, classẽ velint in oceano regere. Alius est in
Baiano sinu, alius in Hellespõto certandi modus.
Quis ferat hominem hac sermonis humilitate
sibi

Aliud est
in pũcina
aliud in
Helleponso
committere
naumacha-
miam.

sibi palmas eloquentiæ iactantius arrogant? Nunc autem ad cetera tempora venimus, ubi non modò hæc ariditas, leiunitasque sermonis pro vitio sit, sed ipsa Ciceronianis pigmetis affluens oratio, nisi sententiarum vim, ac densitatem, & ex omni eruditione attemperatam varietatem contineat, placere doctis auribus non possit. Itaque qui se vni Ciceroni ita addixerunt, vt nefas esse putent lectissimas aliorum authorum dictiones, & ex optimis quibusq; ingenijs collectam doctrinam, veluti auream segetem, opportunè, & loco exprimerent, id quidem assequuntur, vt sani, polito, elegantes, ornatu, vberes audiant, hanc autem, que in præstantissimo quoque oratore expectatur, dicendi admirabilitatem suo, quod delegerunt exemplari semper inferiores, vix obtinere possunt.

De acuta styli breuitate, sententiisque abruptis, & suspiciosis.

Eius ortus, & progressus.

CAPVT XIV.

Venio ad eum stylium, qui Patronos habet non paucos, admiratores multos, quamplurimos amatores: Quem ego si repudiare profus velim, malè de totius eloquentiæ ratione sentiam. Non ea mihi mens, non illud est institutum, heroes illos Senecam, Salustium, Plinium, Cornelium Tacitum, & ceteros, qui hoc dicendi genus non minus grauitèr, quàm feliciter consecrati sunt, incusare, quos & acerrima vis ingenij, & lux politissimi iudicij, & omnium fermè doctorum plausus, non modò à calūniæ liuore, sed ab ipsa prope eruditionis alea constanter expedierunt. Hoc tantum ostendere cupio, hunc quem omnes tam auidè concupiscunt stylium, nec omnium ingeniorum, nec omnis argumèti, nec omnis etià temporis proprium videri. Atque ipsum dum affectatur morosus, multis, ipsque puerilibus ineptijs reddi obnoxium.

Quòdo videri cupiunt acuminata, & breuis sententia.

Cœpit efflorescere hic character, non apud Romanos, sed apud Græcos, nec primis quidè temporibus, quibus candidior, & liberiori profluentis naturæ impetu ferri videbatur oratio, sed postquam magni nominis sophistæ, Philosophiæ præceptis instituti, nec mediocribus eloquentiæ adiumentis innixi; dicta quædam aurea ex Lycæi, & Academiæ hausta fontibus, elegatis styli expeditis, ac vibrantibus senten-

tij, quasi auro gemmas includere coeperunt. Quamobrem & multa eius styli vestigia, in sophistarum scriptis licet agnoscere. Vide enim, qua arte Theophylactus ille umbratiliū doctorum facile princeps acutis, & venustulis dictis lasciuiam colligit orationis.

In Terpsithecā malam, & deformem, τῆς φύσεως τῶν σοφῶν τεθάρμαχα, Κακίστην ἰσοπέπων ἐχούσιν ἑρῶτες πλάστῳ γὰρ. Hoc rotunda dictione tornatum. Natura (inquit) imitatus sum sapientiam, quæ improbitatē animæ corporis non credit venustatem, illud etiam breuius, οὐκ ἰσοπέπων ἔχουσιν ἑρῶτες πλάστῳ γὰρ. Nunquam lancem tenent amores in æquilibrio, cum significare vellet, nunquam sibi mutuis studijs amores respondere.

Item.

Ἐρωσάδιωσαν πρὸς θεῶν αἰ νεφέλαι, ἐμόνα τῷ Δάφνωνι ἀφίπαι τὸ ὕδωρ. Valeant per Deos nubes si soli Daphnoni emittunt aquas. Acute dictum contra Inuidos, aut auaros, atque illiberales, qui in suam, suorumque, non in publicam utilitatem emanare sinunt beneficia.

Item, quod de Auro dixit Rheno fluuiio simile videri, nam prolem virtutis legitimam, ab illegitima discernit.

Καὶ τὸ καλλικῶ πετασῶ ἐστὶν ἐφ' αὐτῷ χρυσὸς, νόθου γὰρ ἀρετῆς, καὶ κακίας ἐλεγχὸς ἐστὶν ἀληθέστατον. Hoc non modò subtiliter dictum, sed elimata dictione pressum, & quod Platoni tribuunt de ijs, qui insignia habent in sepulchris. Περαιτέρω κόνεως κεκτημένους τὸ φῶσφιμα. Infra cinerem etiam superbiere. Num verò, & hæc Pisistrati succulentam habent, & acrem, & limatam breuitatem, quæ fertur ad Milesios scripssisse.

Οἱ παῖδες ὑμῶν πατέρων δέοντα, οἱ νέοι, γερόντων, αἱ γυναῖκες ἀνδρῶν, οἱ ἀνδρες ἀρχόντων, οἱ ἀρχοντες νόμων, οἱ νόμοι φιλοσόφων, οἱ φιλόσοφοι θεῶν, οἱ θεοὶ πίστεως. Vestri liberi egent parentibus, iuuenes senibus, mulieres viris, viri magistratibus, Magistratus legibus, leges Philosophis, Philosophi Dijs, Dijs vestri fide. Hoc acutum, & ad vellendas aures aprissimum.

Neque tamen omnino decem oratores caruerunt hac eloquentia, apud quos licet vestigia multa agnoscere. Quale est illud Demadis Πολυβρῦλλητον.

Theophylactus præclarissimus sophista hoc dicendi generis maxime doctus. Acute dictum. Theophylactus amore multo dictum. Theophylactus episcopus p. 394. Eius breuis & acuta sententia p. 401. pag. 399. Theop. acute dictum contra Inuidos aut auaros.

Pag. 399. Pisistrati limata breuitas. Pisistrati in ep. ad Milesios. Huius dicti diuis acuta credibile est hæc potius ab aliquo iuniori sophista confecta, quam primo eloquentia oratorum iuniorum. Oratorum acutis & breuib. sententijs insignes Demades in oratione πικρῆ δολιχότατος.

Tō

Τὸ γὰρ Ἐπᾶμινόνδῃ σέμαλι σύνεδαζε τὴν δύναμιν τῆς θεοῦ ὁ κερσεύς.

(Cum Epaminonda corpore virtutem Thebanorum sepeliuit fortuna.) Multa item in Epitaphio Lysia, multa in Demosthenis orationibus inuenies, sed nusquam crebriora, quam apud eos, qui floridius quoddam & accuratius & Synesius dictionis genus elegerunt. Inter sacros vero in acuta auctores excellunt Gregorius Nazianzenus, & breuitate Synesius. Quid enim aliud arguunt, quam hanc praestantissimi ingenij subtilitatem concitata illa, & euiibrata mi. Gregor. epistolae: aut in epicherematis collecta sententia ad Nicobum.

Φεύγετε δεικόντας ἴσως νόμοις ἐρωτικοῖς, ἵνα σεαυτὸν ποιεῖς λιμώτερον ἢ κε σῦρ, & νόμῳ τὴν τῆ μακροῦ χρόνου ζημίαν ἀναπληρώσασθαι ἡμίρ. & εἴτι σε τῶν αὐτοῦδε κληρονομία πάλιν ἀφήσεις ἡμᾶς ὡς ἀνεμενότερον ἢς πάλιν ποδεδέμεσθαι.

Fugis persequentes amatoriis forte legibus, quod sis pretiosior. Veni igitur, & diuturni temporis exple detrimenta. Ac si quid reum tuatum te istic retinet, rursum nos relinques, vt angustiohem hac ratione te reddas a nobis expectatus.

Hæc oris rotundi sunt, & viuidi, vt apparet, ingenij, eodem caractere Synesius.

Λυτῶσι τὴν ἐκκλησίαν ἀλλοτριοί πονηροί. Homo, Dei Διάθεσι κατ' αὐτῶν οἱ πάπαιοι γὰρ παρὰ τῆς οὐμβρα. λοις ἐκχρῶνται.

Synes. O.

lymp. 45.

Homo, Dei

Διάθεσι κατ'

αὐτῶν οἱ πάπαιοι

γὰρ παρὰ τῆς

οὐμβρα. λοις

ἐκχρῶνται.

Conuulsant

Ecclesiam improbi

alieni. Tu

Conuulsant

Ecclesiam improbi

alieni. Tu

Conuulsant

Ecclesiam improbi

alieni. Tu

Conuulsant

Ecclesiam improbi

alieni. Tu

Conuulsant

Ecclesiam improbi

alieni. Tu

Conuulsant

Ecclesiam improbi

alieni. Tu

Conuulsant

Ecclesiam improbi

alieni. Tu

Conuulsant

Ecclesiam improbi

alieni. Tu

Conuulsant

Ecclesiam improbi

alieni. Tu

Conuulsant

Ecclesiam improbi

alieni. Tu

Conuulsant

Ecclesiam improbi

alieni. Tu

Conuulsant

Ecclesiam improbi

alieni. Tu

Conuulsant

Ecclesiam improbi

alieni. Tu

Conuulsant

Ecclesiam improbi

alieni. Tu

ratorum fert consuetudo.

(Quæ vos cupidè per hosce annos appetistis, atque voluistis: ea si temerè repudiastis, abesse non potest, quin aut olim cupidè appetistis, aut nunc temerè repudiastis dicamini.)

Rotunda est, & acuta, vt videtur sententia, habet tamen insigne vitium, de quo postea dicemus. M. Tullius Cicero licet ad omnia eloquentiæ decora factum haberet ingenium, consultò aut abstinet, aut rariùs vitur, quod & temporibus, & auribus hoc dicendi genus non putaret accommodatum. Itaque quod alius in conclusionè, post vibratam fortè ex ciuismodi acuminibus periodum, haud timidè dixisset apud Cæsarem. Tu ipsam victoriam Cæsaris viciisti. Ille verecunde se insinuans, verocè inquit vt hoc quod dicam non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio. Ipsam victoriam viciisse videris, cum ea ipsa, quæ illa erat adepta victis remisisti. Nam cum ipsius victoriæ conditione iure omnes vici occidissetis, clementiæ tuæ iudicio conseruati sumus.

Quæ verecundus Cicero in acuminibus.

Habit igitur sua acumina, sed rara modesta, & grauiora, quale est illud diu, mulumque celebratum. vxor generi, nouerca filij, filia peller, quo nihil potest esse in hoc genere admirabilius, sed ne multiplicis illius, & æqualiter in omnia genera diffusa orationis, quæ tunc à fictibus auribus excipiebatur, cursum frangeret, maluit esse in hac copiosior, quàm in illis ingeniosior videri.

At Salustio vigente (vt ait Seneca) amputatæ sententiæ, & verba ante expectatum cadentia, & obscura breuitas fuere pro cultu. Mox etiam sub Imperatoribus, quæ apud eum fuerant satis verecunda, in elatam euiibratæ dictionis audaciam transiere, & ad ipsas tandem ineptias deueniunt, de quibus dicam si prius ea, quæ in hoc genere laudatissima sunt, ostendico.

Subijciuntur quedam Laudatorum acuminum exempla.

CAPVT XV.

Atque imprimis magnoperè videtur distinguenda breuitas à prærupto quod appellatur genere dicendi, illa enim rem viriliter, & strictè colligit, hoc interruptas, & suspiciosas relinquit sententias. Illa explet animos, hoc suspendit: illa cum leni quodâ gratiæ floxe intorquere solet acumina, hoc frigida quædam

Acuti & prærupti styli discrimen.

L

dam dicta hianti calamo effutire. Exemplis collucere faciam omnia.

Acuta sunt, venusta, & brevia, quæ Plinius habet in Traiatani Panegyrico.

Laudata, et acuta breuitatis exempla ex Plinio. Traiani modestia.

(Vnum ille se ex nobis, & hoc magis excellit, atque eminent, quod vnum ex nobis putat, nec minus hominem se, quam hominibus præesse meminit.

Nihil hic obscurum, nihil hians, nihil impensius affectatum, & tamen acutum est, & neruose dictum.

Item.

Vita principis censura est.

(Nam vita principis censura est, eaque perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, nec tam imperio nobis opus est, quam exemplo, quippe infidelis recti magister est merus.)

Apparent hæc ingeniosè, non tamen anxie dicta, fluunt ab alta mente, sed sine vi, & stridore fluunt.

Item.

Vera felicitas dignum videri.

O te felicem! quod cum diceremus, non ope tuas, sed animum mirabamur. Est enim vera felicitas, felicitate dignum videri.

Nulla in tantilla sententia particula est, quæ suam vim non habeat, elaborata est, & docta, ostendit tamen plus felicitatis, quam artis. Hæc verò Salustij pressa, subtilia, actia, vellitantia.

Salustij veritas ac breuitas. Salust. in orat. Catil. In auanos.

(Postremo omnibus modis pecuniam trahunt, vexant, tamen summa libidine diuitias suas vinecre nequeunt. At nobis est domi inopta, foris æs alienum. Mala res, spes multo asperior. (Et quod sequitur conclusionis fulmen, vt à Technicis appellatur.) Denique quid reliqui habemus præter miseram animam?)

Nihil est in hac sententia obscuritatis, nisi fortè summa libidine diuitias suas vinecre nequeunt, hoc Salustianam retinet obscuritatem, cætera fluunt liberius.

Id verò quod sequitur exemplum laudatissimam habet breuitatem.

Extructis opus.

(Etenim quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest, illis diuitias superare, quas profundant in extruendo mari, & montibus coæquandis, nobis rem familiarem etiã ad necessaria deesse.

Hoc si dixisset alius, vtramque fortasse impleuisset paginam, nec vnquam hanc maiestatem attigisset (illis diuitias superesse, quas profundant in extruendo mari, & montibus coæquandis.)

Item hæc sententiosa.

(Nemo nisi victor pace bellum mutauit. Semper in prælio ijs maximum est periculum, qui maximè timent, audacia pro muro habetur.)

At istud nimia breuitate fit obscurum. Non placuit reticere, ne quis modestiam in conscientiam duceret. Hoc est, ne silentio crimen subesse arbitraretur.

Idem in oratione Caesarij.

Sunt eadem familiaria Cornelio Tacito grandia, & splendida dicta, acuta breuitate collecta, vt

(A Erarium si ambitione exhauserimus, per scelera supplendum erit.

Cornelii gratia & byssina dicta.

Tibi summum rerum iudicium Dijs dederunt, nobis obsequij gloria relicta est. Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant, quia miseria tolerantur, felicitate corrumpimur.

Ambitio.

Falluntur, quibus luxuria speciem liberalitatis imponit, perdere iste scier, donare nesciunt, & cætera, quæ eodem tenore apud eum dicuntur propè infinita.

in personis. Tibertij. l. 2. Ann. l. 17. in oratione.

Hæc vt apparet altæ mentis, & consummatæ ingenij est eloquentia, grandis simul, & breuis. Sed nemo tamen in istis Quinto Curtio, aut felicior est, aut nitidior. Innumerabiles sunt apud eum gemmæ, quales sunt istæ in oratione legatorum Darij.

robore dicitur. Quintus Curtius. in oratione legatorum Darij.

(Respic quantum post te reliqueris, intue re quantum petas. Periculosum est prægrauare imperium, difficile est continere, quod capere non possis. Vides vt nauigia, quæ modum excedunt, regi nequeant, nescio an Darius ideo tam multa amiserit, quia nimis opes magnæ iacturæ locum faciunt. Facilius est, quædam vincere, quam tueri. Quæ hercule expeditius manus nostræ rapiunt, quam continent, ipsa mors vxoris Darij, te admonere potest minus iam misericordie tuæ licere, quam licuit.)

Quintus Curtij. in oratione legatorum Darij. mina.

Quod verbum in ista oratione sine suo aculeo? nihil tamen coactum, nihil acerbum, nihil morosa obscuritate infusatum, quod ideo plus habet laudis, & admirationis.

Quæ verò Alexander respondet, num tota sunt byssina.

(Nunciate Dario gratiarum actionem apud hostem superuacaneam esse, & me quæ fecerim elementer, & liberaliter non amicitie eius tribuisse, sed nature meæ.

Monarchia.

Nec mundus duobus solibus potest regi, nec duo summa regna saluo statu terrarum potest habere.)

Hæc

Hæc graua, illhæc rotunda sunt, & expe- dita.

(In dextris vestris iam libertatem, opem, spem futuri temporis geritis. Effugit mortem quisque contempserit, timidissimum quemque consequitur.)

Alia subtilia, & antihæretis intesta, vt

64. (Alij optimè miserias ferunt, qui abscondunt, nec vlla est tam familiaris infelicibus patria, quam solitudo, & status prioris obliuio. Nam qui multum in suorum misericordia ponunt, ignorant, quam celeriter lachrymæ are- cant. Nemo fideliter diligit, quæ fastidit: Nam & calamitas querula est, & superba felicitas.

Item.

66. Quædam beneficia odimus, metuissè mortem confiteri pudet, superest, vt malit iniuriã accepisse, quam vitam.)

Nihil opus est cætera persequi, hinc cer- ni potest, quanta fuerit huius authoris, in hoc conciso dicendi genere felicitas. Sed qui omniũ ingenia, maiestate, copia, felicitate, genio denique ipso vincit, & obiit Seneca, hanc sibi styli dignitatem, quasi ius hereditariũ arrogat. Tortus his dictionum purpuris collucet, vt cœ- lum stellis. Nihil eo fecundius, aut opulenti- us: Hauserat quipè ex domesticis fontibus; Nam Seneca Rhetor ex ijs, qui sub Augusti tempora floruerunt, eoque dicendi genere ad infaniam vsque delectati sunt, colores, & acu- mina collegit, quæ in libris controuersiarum, & suafoniarum extant sparsa, ex quibus illo- rum ingeniorum vim, & studia possis agnos- cere. Lubet laudatoria aliqua exempla subij- cere.

Hæc in vestalem prostitutam, quæ se saluo pudore, & milite castitatis pugnatore viriliter interfecto iactabat, ex lupanari exiisse, ideoque Sacerdotium repetebat, satis acutè dicta sunt.

(Ne metuas puella pudica es, sed sic te viro lauda, non templo.)

Dilcede, ignota es: dilcede, nimium nota es. Nulla satis pudica est, de qua quaeritur. Virgine esse Sacerdotem nostram, cui credimus: me- retici, lenoni, Piratis:) Item contra patrem reum malæ tractationis, quod cum duos filios Pancrati, stas inter se dimicatuos eduxisset ad olympia, interminatus se victum abdicatuũ, Senec. contr. ambos morti coegisset, præ dedecoris metu Ter- tuis sine sorte pugnaſti, & vtrumque vicisti. Hæc

virilia planè acumina mira breuitate contor- ta. At Marillij sententia omnium subtilitatem longè vicit, ipsi Porcio latroni, non immeritò admirabilis visa, dixit enim pro vestali.

(Narrate sanè omnes, tanquam ad prostitu- tam venisse, dum tanquã à Sacerdote discesse- rint. Iam quod sequitur exemplum elimatae breuitatis est, & ad vigendum, motusque eli- ciendos satis efficax. Pro adolescente, quem Patruus abdicabat, quod Patrem aleret, contra Patruum: (Fortunæ lex est præstare, quæ exe- geris, miserere. Mutabilis est casus: dederunt vobis terga victores, & quos prouexerat for- tuna destituit. Quid referam Marium sexto cõ- sulatu Carthaginẽ mendicantem, septimo im- perantem? Ne circa plura instabilis fortunæ exempla te mitam, vide quis alimenta roge- tur, & quis roget?)

Valent inquam ista, sed dicta tempore, & loco. Nec minus laudata, quæ in causa Ince- sta de saxo iactata sunt. Quippe vestalis incesti damnata, vixit deiecta: ad panam repetitur. Contra hanc ipsam dixit Fuluius Sparſus (A superis deiecta, ab inferis non recepta, in cuius poenam saxum extruendum est) pro incesta Sillius.

Damnata deiecta est, absoluta descendit. Et in nobili causa contra Parthasium pictorem Atheniensem, qui cum Philippus captiuos O- lynthios venderet, emerat, vnum ex his senem perdiderat Athenas, torserat, & ad exemplar eius pinxerat Prometheus à Ioue in Caucaſo religatum, & laceratum, quam postea tabulam in templo Mineruæ dedicauerat, hæc magni- ficè dicta.

(Infelix senex vidit iacentis & diuulsæ pa- triæ ruinas: abstractus est à coniuge: super exu- sta olynthi cinerem stetit. Iam ad figurandum Prometea satis tristis est. Proh Iupiter (quem enim melius inuocem aduersus Parthasium, quam quem imitatus est) olynthium factum pi- cturæ tuæ excipio. Nam quis vt naufragium pingeret hominem merſit: cæditur! parum est: inuitur. Etiamnum parum est: lanatur: Hoc (inquit) in irato Philippo satis est, sed nondum in irato Ioue.)

Hæc plane, & pulchra videntur, & suaui- a, habent tamen semper aliquid obscuritatis, vt Olynthium tantum pictura tuæ excipio, clari- us dixisset, fac non esse Olynthium, homo est. Quis vt naufragium pingeret, hominem merſit

Marillius

Asprenas
Fortuna
varietas.

Fuluius
Sparſus.

Sillius.

In causa
Parthasi pi-
ctoris breues
& acuta
sent.

Gnuius
Silo-
Contr. l. 10.

Acumina
ex varijs
Rhetori-
bus latinis.

Arelus

Fulcus.

Castus

Pius.

Asprenas

Fulcus.

Honoris a-

mor dedeco-

ris motus.

Senec. contr.

l. 5. cont. 3.

Item.

Iulius Bassus. (A Edem Minerva, tanquam castra Macedoniae donum fugiunt.

Turpinus. Torquetur, hoc nec sub Philippo factum est. Moriatur, hoc nec sub Ioue.

Triarius. Corrupti duo maxima Promethei munera ignem, & hominem.

Musa. Narraturus sum Olynthij senis, ignes, verbera, tormenta. Aliquis ne nunc quæri de Philippo putat, Dij, Dæque te perdant, misericordem Philippum fecisti.)

Hoc conclusionis suis aptè intortum fulmen, quò præ Parrhasij crudelitate mitem Philippum facit, quem tamen Athenienses crudelissimum iactabant. Sed illæ torti senis querelæ paucis, & nauiter expressæ.

Cornelius Hispanus. (Vl. ina membrorum meorum tabes tormentis immoritur. Parrhasi quid agis? non feruas proposuit. Hoc supra Promethea est. Tantum patiendum est pingente Parrhasio, quantum irato Ioue.)

Hæc tantæ acumina parum sensum tortum decent. Nemo in toro Phalaridis quærit delectum verborum, quibus suas querelas exprimat.

Porcij Latronis in hoc genere Ironia grauior est.

(Si videtur tibi, istis muneribus aram misericordie orna.)

Hæc sanè appositè dicta plurimum ostendunt facundia, ingenij, iudicij, suauitatis: sed tenendus est modus, qui in hoc genere plerumque difficillimus esse solet.

De erroribus abrupti styli, & frigide acuti.

CAPVT XVI.

Qualis debeat esse breuitas orationis.
Grauis igitur error eorum est, qui plurimum quidem in eo habent ingenij, sed parum cordis. Itaque nec vim illam mentis exundantem coercere possunt, sed dicunt quicquid in buccam. Quid autem res, quid locus, quid aures patiantur minime considerant. Inferre volunt omnia acuminibus, nihil sine figura dici, etiam figuratè panem peti. Hoc quidem perabsurdum est. De eo igitur ita magni auctores statuunt: expeditam breuitatem, quæ nihil habeat obscuritatis, magnum esse eloquentiæ vigorem, camque graues personas, quantum auditores tulerint, apprimè decere:

non debere tamen esse præruptam, suspiciosam, nimis affectatam, quæque insidias tendere videatur in clausulis. Atque in eo magno per spectandum est argumenti genus, aliud enim epistolæ, aliud historia, aliud declamatoriæ oratiunculæ, aliud etiam iustæ orationes desiderant. Lex epistolæ argutam breuitatem præscribit, illæ verò, quæ apud historicos extant oratiunculæ, non nihil ad nitorem, & palæstram compositæ, hoc dicendi genus leniter ferunt, imò desiderant. Alioqui si periodorum ambitione circumducta esset parua oratio, nihil haberet præter strepitum, & fumos. Alia verò est iustæ orationum ratio, quæ cum maioribus fluuijs simillimæ videantur, non debent istis affectatæ breuitatis constringi legibus, ne videamur Helleponto, Xerxis more, pedicas, & compedes iniicere. Granditatem minuit oratoriæ frequens concisio periodorum, & licet pius floridus ostentet, minus tamen habet maiestatis. Nolo grandes, lentas, atque velut arena, ramentisque fertas periodos, quales sunt puerorum: Nolo exiles, aridas, etiam de ipso naturali profluuiio, propter morosam breuitatis affectationem violente detortas. Quis hominè ferat vnus horæ spatio pro concione dicentem, quod Porcius latro contra Vestalem declamauit.

(Sacerdos nostra adhuc in Lupanari vinceret, nisi hominem occidisset. Inter barbaros, quid passa sit nescio: quid potuerit scio. Sacerdoti ne purus quidem contigit Dominus. Absint ex hoc foro lenones, absint meretrices: ne quid parum sanctum occurrat, dum Sacerdos legitur. Si nihil aliud certè osculatus est re, quisquis puram putabat. O egregium pudicitia: patrocinium! Militem occidi. At Hercules lenonem non occidisti. Deducta es in lupanar, accepisti locum, pretium constitutum est, titulus inscriptus est: Haec in te inquiri potest. Cæterum nescio quid cellulam, & obscenum lectulum voces. De pudicitia Sacerdotis hic queritur. Nemo (inquit) virginitatem mihi eripuit, sed omnes quasi erepturi venerunt: sed omnes quasi eripuisent recesserunt. Quæ mihi Sacerdotem cuius precaria est castitas?)

Hoc bellum, bellum (vt ait Satyrus) dico tamen tolerari non posse, sed vt vina violèta, nisi aqua diluantur, vertiginem cerebro inducant: sic illa dicendi, quæ minima videtur, sed tamen anxietate maxima est contentio, & dicentem fatigat, & transuolat auditores. hoc

Oratorij
iraçus in
historia
dio sunt.

Magna orationes nisi
vires præ
præm breuitatem.

Breuitas
Porcij latro
nis in amplius
orationibus
vitiola.

Nimia breuitas
vitiola.

hoc iudicio est, quod qui ita loquuntur apud historicos, & Senecae controuersias, saltant sepius, ut Cicada, ac de repente conuiescunt: itaque haec scribenti aptiora, quam dicenti videntur. Quanam erit igitur optima breuitatis? Haec erit opinor ijs, qui minime Asiatici fieri volunt, si Demosthenis orationes, & Cicerois Philippicas imitentur, habent enim valde sanam mediocritatem. Non dicam attendere (o viri Athenienses) dicam viliia, & necessaria. Hoc enim dissolutum est, & humile, quid igitur?

Breuitatis optima lex.

Demosth. Philip. 4. Typus laudata breuitatis oratoria.

Καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀνδρῶν Ἀδελφῶν περὶ τῆν βέλτερον, καὶ ἀναγκῆν τῆ πόλει: περὶ τῆς αὐτῆς περὶ αὐτῶν ἐπιπέδον ἢ νομίζω συμπεριεῖν:

Haec parua, iusta tamen periodus. Quum & grauibus (vos Athenienses) & reipub. necessarijs de rebus deliberare putem: operam dabo, vt ea dicam, quae e republica esse arbitror. Item.

Demosth. Olynth. 2.

Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἀντὶς τοῦ εἶναι ἀνδρῶν Ἀθηναίων δοκεῖ μοι τὴν παρὰ τὸ θεῖον εὐνοίαν, φερέσθαι ὑπερβύλιον τῆ πόλει, οὐχ ἡλίκα δὲ ἐν τοῖς πράγμασι.

Cum multis in rebus (Athenienses) perspicere mihi posse videtur Deorum immortalium beneuolentia erga hanc rempublicam declarata, tum maxime in eo, quod nunc a nobis geritur negotio.

Cicero pro Caccinna.

Item ex Cicero. Si quantum in agro, locisque desertis audacia potest, tantum in iudicijs impudentia valeat, non minus in causa cederet Aulus Caccinna Sexti Aebutij impudentiae, quantum in vi facienda cessit audaciae.

Is est iustae, & laudatae breuitatis in grauibus praefertim orationibus typus.

Quod vero attinet ad acumina, quae hac breuitate, tanquam amentis inortuere solent, multum quoque requirunt prudentiae. Prima lex est apud bonos auctores, vt argumento conueniant. Secunda, vt non sint nimis crebra. Tertia, vt non sint frigide affectata, & obscura, quod vitium raro ab ijs declinatur, qui istis student impensius. Rei igitur, siue argumento accommodanda esse dico, neque enim in omnem materiam cadunt acumina, sicut non ex quolibet ligno fit Mercurius. Ex quo vehementer errant, qui vbi totantere debet oratio, minutas quaerunt subtili-

Acuminis lex, & v. s. s.

tates, quibus obscuretur. Quae de vestali, de incesta, de Parrasio allata sunt, non importune dicta videntur, argumenta enim ipsa plena sunt admirabilitatis. At vbi res communis, & filo communi, vt sapius occurrit narranda est, putidi est hominis tunc in seipso nodum (quod aiunt) quaerere. Sed & licet argumentum subtiliter tractari possit, non sunt tamen (quod saepe Rhetores praecipiant) sententiarum gemmae temere vbique in longo praefertim opere spargendae, sed cum delectu collocandae, quo excelsi pulcherrima quaeque, si crebriora fuerint, iniquissimo fastidijs esse nimis experientia constat. Iam quod plene sint periculi, & vitij, vt plurimum obnoxia, haec quae laudantur argutiae, vel ex nobilissimorum scriptorum cribris conijcere facillimo negotio licet. Pleraque enim acumina, cum semel audiuntur, apparent aures, at si consideratius expendantur, acriorique subijciantur examini, agnoscuntur saepe futilia, quae amplam speciem videbantur habere grauitatis. Talis est illa C. Graechi rotunda, valubiliisque sententia citata superius.

Quis modus in argutis tenendus. Senec. corr. l. x. nihil est hu. qui nussquam putat esse sobriitatem, nisi ubi nihil est praeer subtilitate.


(Quae vos cupide per hosce annos appetistis, atque voluistis; ea si temere repudiatis, abesse non potest, quin aut olim cupide appetistis, aut nunc temere repudiastis dicamini. (Eblanditur primum auribus haec structura verborum, sed vbi vocatur ad censuram, quid aliud habet. (Si cupide feceritis, cupide fecisse dicemini. si temere repudiaueritis, temere repudiastis dicemini.) Quae iam otiosa agnoscentur, & pene puerilia: sed hoc Graccho condonandum. Quid vero Iunius ille Otho, qui librum edidit de istis argutis, & coloribus, quae ratione poterit excusari? qui cum incestam de saxo praecipitem datam reposeret ad poenam, quam euaserat, dixit inter ceteras subtilitates.

Styli frigida acuti exempli. Vide Gel. l. 1. c. 13. qui pluribus explicat.

(Fortasse poena se praeparauit, & ex quo peccare cepit, cadere condidit.) O frigus! o dictum plane intussum! scilicet illa Vestalis quotidie se exercebat ad Tarpeiam rupem, ita vt ex ea se vicissim, & praecipitaret, & cito resisteret ad saltum. Mirabile sibi ludos finxit hic orator: en quo acuminum hiecebra transfusos agunt illos subertatatum inlagatores. Murthedius cum aduersus Pompeium Cicerois interfectorem ageret, descriptum ferentem cum capite amputata

Iunius Otho librum scripsit de argutis.

Murthedij frigidum acumen. L. 7. cont. 2.



Ciceronis manum, deinde ita exclamavit, *Quanto aliter reus Ciceronis, tenebas manū eius? Quod ut stupide dictum arguit Seneca, nemini enim dubium est, quin aliter teneret manum reus, aliter, interfector.*

Gorgonius

Item, Gorgonius in causa Cimonis contra filiam Calliae cum eius adulterio dehonesta Miltiadis trophaea dicere vellet, hoc ut acutè colligeret foedo cacozeliae genere vsus, ut notat Seneca dixit. *Istud publicum adulterium est, sub Miltiadis trophaeis concumbere.*

Frigidū di. Et Licinij nepotis.

Et in controuersia Parrhasij, qui miserum olynthium torserat ut Prometheum pingeret, cum omnes eicitatim subtilia quaeque acumina explicarent, Licinius Nepos consurgens:

Spiridion.

Si vultis (inquit) dignè punire Parrhasium, ipse se pingat. Primum quomodo se pinget, ex speculo? At hic modus, tum inusitatus fuit. Deinde quae poena, si se depinxerit?

Coruus in suafor. l. i.

Spiridion videri voluit vultorios ad Parrhasij tabulam in templo collocatam aduolare, fabula eleganti ad turpem sententiam productus, eque igitur familiariter in templum subire vultures putauit, ac columbas, & passerces, tanta fuit eius in inueniendo subtilitas.

Nec minus stupide dictum putat, quod in suaforia de bello Persico dictum est a Coruo futili quodam Rhetore.

Corui Rhetoris in sulsa oratio.

Controuersio.

Musa audax oratio.

(Quod si iam Xerxes ad nos suo mari nauigat, fugiamus, antequam nobis terra surripiatur. O nauum bellatorem!

Alij sensus etiam frigidus inflatorum verborum nouitate includunt, & ad summam vsque insaniam deueniunt: ex quo genere sunt ista eiusdem Corui.

Hic cum tentaret scholam Romae, summo illi, qui Iudaeos subegerat, declamavit controuersiam de ea, quae apud matronas dicebatur, *liberos non esse tollendos, & ideo accusatur*

Reip. laesa. In hac controuersia hoc genere dicendi vsus est, *inter pyxides, & redolentis animae medicamina, consilium mirrata concio*, nec dissimilia sunt Musa Rhetoris: *caelo repluunt odoratos imbres: & de syluis naturalibus calas syluas, de pictis, surgentia nemora.* Item (Quicquid auium volitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarum discurrit, nostris sepelitur ventribus. Quare nunc cur subito moriamur, mortibus vitiumus.) De hac sententia ait Seneca Rhetor.

Non ergo, & si iam manumissus erat, debuit de corio eius nobis satisfieri. Non sum ex Iudi-

cibus seuerissimis, qui omnia ad exactam regulam redigam. Multa donanda ingenijs puto, sed donanda vitia non portenta sunt.

Haec sunt igitur, in quae frequenter delabuntur subiles illi nugarum enucleatores, sed & si quis magnos illos auctores, Senecam, & Salustium perirentare velit, inueniet procul dubio nonnulla, in quibus plus a quo sibi in hac scribendi ratione placuerunt: viderunt fortasse errores, emendare noluerunt. Est enim amabilissimum insaniae genus, ingenio (quod aiunt) indulgere.

Inania genus amabilissimum est ingenio indulgere.

Patere hic lector ad tot locutionum *ἀναρῶν* auctor aliquo genere vrbansitatis diluendam nos in diuidium transferri, ducto ex *ἀπολόκων* Senecae exemplo. Prodeceat à nobis eloquentiae stibiliber apud Iouem de suis corruptoribus conquerens. Mox designatis iudicibus, apud Rhadamanthum inter heros illos citabuntur rei Anticicerones, M. Tullio Cicerone suam causam agente, & tot errorum portenta, contra styli puritatem refellente.

ANTICICERONE S.

Ludus, Seu Dissertatio de optimo genere dicendi.

ELOQUENTIA APVD DICEN, contra suos corruptores agit.

Oratio I. CAPVT XVII.

SI me luctu, & squalore deformatam (parens optima) non agnoscis, saltem ex eo, inimicorum meorum crudelitate agnosces, qui me venustissima specie virginem, ad eam malorum acerbicatem redegerunt, ut ipsis parentibus penè videar ignota.

Imitatio Phocrae tis.

Ego illa sum (me miseram) quid dico; non sum, sed sum Regina terrarum eloquentia, haustus de tuo fonte riuius, imago tuae mentis, simulachrum gloriae, portio diuinitatis. Ego illa sum, quae tuis imperijs, ex caelesti beatorum domicilio in terras veni, ut hominum subleuarem miseras, & non modo necessarijs ad salutem tuendam praesidijs instruerem, sed etiam caelestibus, ad conciliandam dignitatem vestirem ornamentis. Feci quod iusseras, mortales inueni turpes, hispidos, longa macie torridos, qui sub quercu glandem ructabant, bel-

A Eropela eloquentia

luis omnino, quam viris similiores. Cœpi ego venam miserorum tenere, sensus intimos delibare, affari blandissima oratione, consolari, illustrare, hortari, animare; ad summum aggressia ingenia ita dedolui, vt ab hac morum barbarie, paulatim ad elegantiora defluerent, agros excolerent, vires sepirent mœnibus, & sanctam inter se colerent societatem. Per me constituta sunt ciuitates, leges natae, & adulta, firmata militiae praesidijs oppida, sexcentarumque artium, & scientiarum amœnitate collustrata penè ad ipsius cœli gloriam effloruerunt. Non tot prata floribus, non tot margaritis fulget Erythraeum mare, non tot micantium stellarum ignibus tuus ille princeps orbium aether est vermiculatus, quot ciuitatibus viris, academijs virtutibus, per me mundus colluxit! Heu vbi illa tempora, quibus ego eurrui aureo, niveoque candore fulgentibus quadrigis inuecta triumphabam? vbi tot reges, qui me mearum virtutum stupore percussi admirabantur? vbi illa secunda summis ingenijs sacula, quorum nomen ne appellare quidem audeo?

Exciderunt Demosthenes, Lysias, Hyperides, Cicerones mei. Natum est hominum genus audax, amens, impudens, qui me deformarent plagis, & veluti in cruce distorquerent, anni ferme mille sunt, & sexcenti, ex quibus quotidie distrahor improborum fabula & ludus. Alij me suffiant, alij macie necant, alij concidunt, alij eneruant, alij Hecubam faciunt, alij Helenam, alij vnam ex furijs. Diei non potest, quot formas induo, in omnibus tamen in formis: Tam (mihi credite) Proteus ille fabula non erit, siquidem poëtarum figmentis meam fidem dederunt miseræ. At, quod in multis acerbitatibus acerbius est, virtutis nomen vitium occupauit, & quod antea turpitudinis erat, totum est gloriae, vt ea lenocinante, ad facinus deprauatae mentis cupiditas quemque prolectet. Postquam ventosa illa loquatitas iuuenum animos ad magna surgentes, veluti pestilenti quodam sydere afflauit, dulce fuit omnibus desipere, puduit etiam aliquos non insanire, & eò deueniunt amentia, vt necio cuius Asini sordes, purpuras suas esse dicerent. O tempora, o mores, nunquam licebit vna, & nobili plaga defungi? quid opus est enim, vt viuam? an, vt lugeam, & inter quotidianas vulturum lacerationes centies moriar, ne semel inteream: Tu me saltem in extremam barbariem telega, ne conscios habeam oculos

calamitatis meae. Graue est torqueri, grauius à suis, in patria, in eo ipso loco, vbi cum honore antea vixeris grauisimum. Me quidem dicentem vires, ac latera deficiunt, & aduersariorum non mediocriter conturbat audacia, qui hanc fori lucem, hunc grauisimorum iudicum confessum audent sustinere; nec impudentia suae saltem pudentem exitum quaerunt. Vos eorum latratus, si lubet, audietis; ego nec audite, nec sustinere possum. Qui pro me respondebit meus Tullius, si vobis, vestro nomine, vestraque sapientia digna dicere videbitur, ipsum audite; sin autem ad hoc tribunal hodie iugulabimur.

Hac miserabili voce commotis omnium animis, primum comploratio, deinde tumultus. Alij clamabant carnifices eloquentiae ad remos; alij corruptores literarum, ad bestias; alij extinctores veteris disciplinae, ad tartara. At Dice sceptro, vt poterat, Deorum minorum gentium exulceratos placans animos, Mercurium delegat ad Minoem, & Rhadamantum, vt de tota causa cognoscant, itemque ex sua dignitate dirimant. Dictum, factum, Iudex assignatur Dionysius Longinus emunctissimae naris Criticus: Citantur pro infatis, Apuleius, de quo multae iam criminationes sparsae; pro antiquarijs, Montanus Vatiemus; pro puerilibus, Pædarios; pro siccis, Buteo, Illi, cum in Marcum Tullium multa intemperanter effudissent, ab eo grauisimè disertissimeque confutati, & Longini suffragio damnati sunt. Nunc Apuleium ipsum audite.

LVCIVS APVLEIVS.

Oratio I I.

CAPVT XVIII.

Commodum puniantibus phaleris Aurora roseum quatiens lacertum, caelum inquitabat, cum me securae quieti reuulsam, Praeco ad vestrum calauit tribunal. Certus equidem eram, proque vero obtinebam (Casi sapientissime) quique in consilio viri estis, hunc accusatorem notissimae temeritatis, accusationem Inuicis mei prius apud te ceptam, quam apud se conuictijs impleturum; sed hoc vno praecipue confusus gratulor, quod mihi copiu, & facultas sub te Iudice obtigit purgandi mei, cum & antè parta existimatio, & tua de me benigna praesumptio, nihil non quicquam finat fide-

Ira describitur à Sidonio, qui est in multis Apuleio sub-lyris. Rabula figuratus ex Sidonio de scriptio. Absit autē ut egregijs patronis, quorū genus honestissimum est, hac dictione conueniant, qua infra-ces rabulas dicitur.

Ad hypotesin describitur et Cicero sum exagitat. Irride. Stylum M. Tully.

fidenter, & de summo pectore hiscere. Ego ut scis, homo scholaris, & innocens, cui continuo literati laboris habitudinem tenuauit, suæcum exorbuit, colorem obliuiscit: rem habeo cum tegatis vulturij, & callidissimis vitiligatoribus, quo genere hominum nihil est perniciosius; in foro sunt Scythæ, in cubiculo viperæ, in conuiuio scurræ, in exactionibus harpyæ, in collocutionibus statura, in quaestionibus bestia, in tractatibus cochleæ, in contractibus trapezita, ad intellegendum saxei, ad censendum flammei, ad ignescendum ferrei, ad amicitias pardi, ad facietias vasi, ad fallendum vulpes, ad superbiendum tauri, in vrbē tyranni, in castis lepores, in praetorij leones; quorum si nares afflauerit vspiam rubiginosa uia marsupij, confestim videbis illic, & oculos Argi, & manus Briaræi, & Spingarum vngues, & periuria Laomedontis, & Vlyssis argutias, & Sinonis fallacias, & fidem Polymnestoris, & pietatem Pygmalionis: ad horum consilia Phalaris crucientior, Midas cupidior, Ancus iactantior, Tarquinius superbior, Tiberius callidior, Caius periculosior, Claudius foecordior, Nero impurior, Galba amarior, Otho audacior, Vitellius sumptuosior, Domitianus truculentior. Atque cum tales sint, vnus tamen Cicero, quem pudebat scele-ribus vinci, omnium malitiam sibi ex asse miscuit: debebat esse contentus sua lasciuia, non colubrinis ob latratoris molaribus aliorum famam figere, non vestras aures virosa sulurronum fece completas laburrare.

Est sanè defudata istius varicosi Arpinatis opulencia, sunt fabra eius eloquia, & literæ plenæ margaritarum, stylus omnis ebo-æ candidat, auro fulgurat, gemmis variegat inde color gratus, & minor splendidus illucet, modò contra mentis aciem vegetus fulgurat, modò in contrariam gratiam variat aspectum: & modò veluti aurum cotuscans in mellis leuem deprimitur ymbra, modò coruina nigredine cæruleos columbarum collis flosculos amulatur, modò guttis Arabicis obunctus, & pectinis arguti dente tenui discriminatus, frequet sobole spissatur. Flant citissimis clausulis erotundatæ periodi, totæque ductiles, quæ per aurum traduces, instar digiti, per crystallinas crustas, non impactò vngue perlabantur, vt quas nulla rimosis obicibus fractura remoretur. Quis non videt ista omnia alga, & apluda leuiora, arenas sine calce, & puerorum potius præ exercitamenta, quam studia virorum.

Merito, P. C. merito ista M. Bruto displice- bant, qui licet Tullium medullitus demoreretur, tamen stylum gustare non poterat, quæ videbat fractum iumbos ut Mysium asinum: sed qui Brutum nomino? Ipse cum ista enormi ver- bositare ad eò omnibus displicuit, vt ne filio quidem probari pisset, quem loquentem (vt ait verus auctor) P. R. non agnoscebat, quod istam piperatam patris facundiam non habe- ret. pte denique, cum iam satis iuuenatus calor defebuisse, idcò sibi iniustus factus est, vt multa ex suis scriptis spongia deleuerit, at- que vti nam deleisset omnia, minus eius verbo- sitatem laboraremus. Quoties à Senatu? quoties à censoribus est notatus, quoties de curia, & foro eiectus? quoties Imperatorum, vt Hadriani, & Caij legibus est damnatus, nunc autem postquam baiulis, tabernarijs, rupiconi- bus placere cœpit, & circa eum puerorum ex- amina, vt inhabitantium formicarum nidificia, multiuga scaturigine burruunt, cataclista velle prænitens incedit, & nos lucumones appel- laa. Heu Cordolium! Cephum istum industrijs hominibus, vaniloquentia insultare, & adhuc viuere! sed sanè viuat, & triumphet, modò alios quiescere patiantur.

Ego, P. C. Afer sum, & in Arthide primis Rationem puentia rudimentis merui, Mox in vrbē Latia reddidit aduena, Quiritium sermonem ætumnabili la- styli. bore, nullo magistro præeunte excolui: ex quo, venia dignus essem, si quid exoticæ sermonis rudis loquutor offenderem. Hoc tamen curavi, vt haberem dictionem, si non mollem, fluidam, de triuijs compositabilibus mutuatam, grandem tamen, torosam, lætiosam, quæ non ad lasciuientis oculos veneris picturata iacula, sed solida mitteret robora, quantas sacuarum Nonychus ornos: Nanquam probavi reñanans calani crepitantem stipulam, sed nobilem vbiq; stylum, quasi quondam foecundi pecto- us vomerem fixi. Accedit, quod ego per mul- tos anno: Añus fui, cructabilibus pænis ex- citus, & in hac vitæ ærumnositate bellua- rum linguas, deuorato prius Draconis corde, quod præcepit Philostratus, didici. Exijs mul- tos generosos sensus in latiatem linguam tran- stui, quæ isti Veneris pufiunculi, dum non intelligunt, meliores obiectare, quam imi- tari malunt, & quorum similitudine desperat. eorum affectant simultatem, scilicet, vt qui suo nomine obscuro sunt, meo innotescant. Sed quid habent tandem, quod mihi obijciant istæ libitinae? Habes (inquiunt) Luci verba excel-

Verbofita- Cicero in- molatur.

Hoc inter- ceptum de- dice Philo- strati (de- luarum lin- gi ab ijs, qui- cor Draconis deuorant.

excella, grandia, sesquipedalia. Quid tum? ut istis nebulonibus placeam, more Alexandriarum deliciarum, concidam voculas, & discam, quod ait cognatus meus Persius, author valde bonus, pappare minutum, & dicam. Ego omni officio, vel potius pietate erga te ceteris satis facio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio quanquam & istud, vt iam nimis rude reprehendunt, tam teretes habent, & religiosas auriū fistulas isti, qui se Atticos dicunt, vt nisi bulyro semper affricueris, dicant se sentis, spinis cōscribillari. Nunquam legerunt apud suam Arpinatē Mineruam: *Noctua ab undas, assa apodyteris, mairuratos, et auxiferos dolorum vorricos.* Hæc si dixisset Apuleius, querendus esset Ergenna, qui tanquam fulguritū expiaret, si exierit ex Apuleij ore verbum optimum, quale Mercurius loqueretur, lapis erit istis pusionibus, aut lignum, aut finus, aut aliquid, quod nolo dicere: sic ex ista delicatula Ciceronis bucca, mox erit rosa, sic mel Anticū, Deorum nectar, & cerebellum Iouis. O steriles veri, & inuisores animos: quid præterea peccauit Apuleius nimis metaphoricus est, hoc est dicere, nimis facundus est, nimis ingeniosus. Non te pudet, purpurata simia, crimini dare, quod tu in Oratore alijs summae laudi tribuis. Verba tua ipsissima, etsi puro os meum ijs inquinatis tamen dicam, vt te mendacij nobilissimū conuincam. Ex omni genere frequentissima translationes erunt, quod ea propter similitudinem transferunt animos, & mouet huc illuc, qui motus cogitationu celeriter agitur, per se ipse delectat. Teneris, homo nauissime, teneris tenebrio, stigmata, trifurcifer, & hodie non euades, quin hæc, aut de tuis libris delueris, aut me eloquentissimum hominem confessus fueris. Vtrum fac me durum, asperum, incultum, morosum, idcirco ab hoc graui auditorio silere iubebor? Ego cum Asinus essem, etiam a barbaris latronibus captus, bene, clare hinniēbam, ita hinniēbam, ne putes improprie dictum, nunquam enim sui degener asinus, & tui similis, nunc me rudere prohibebis? Quare? quia adolescentū studia corrumpto, scilicet? Vtrū magis corrumpt, an Patacio, qui mollestibias inhat? an Misenus, qui tuba canit? Tu famigerabilis tua lasciuia paterni sanguinis venas omnes obturasti: ego læcetosum classicum, quasi Triton aliquis Ionacū concha, smaribus animis Iatono, nec curio, an bene dicentis flectatur colus, an artificiose discapedinentur digiti: hoc vocas, corumpere. Date illi, iudices, date illi

amphotidas, ego quomodo latialiter appellatur nescio, cum asinus essem, nunquā tuli, idcirco tam longe aures meæ exereuerunt. Date igitur illi amphotidas, vt tuas aurículas inuoluat, ne aut gelui, aut verbis Apulianis pateant, vtrumque enim reformidat. Stultus ego sum, qui plura cum isto Cicero disputo, videris caullæ meæ æquitatem, & simplicitatem innocentie: Date mihi, iudices, quod habeo, vt homo mei arbitrij sepe, aut loquat, aut rudā, aut hinniā, vt volueris, & hunc virulentissimum accusatorem meum grandi infortunio mactate: si autem me damnaueritis, hodie ad vltima mearum miseriarum detruax, inter astros amantissimos quondam fratres meos, ærumnositatum mearum cruciabilitates, ci labili voce in æternum, infelicitatus lamentabor.

DIXI.

CACOZELVS.

DOCTVS ANTIQVARIVS.

Oratio III.

CAPVT XIX.

Εκός δικας όςις αλιός, Procul, o procul este profani. At illi opici nebulones, si quid febri- culotiperiodi cōferuminarint, cōtinuo se Hypobolym eos autumat Saaxapas, aut quod bos est in quadra argentea, ἀκείρσει γάρ, vt ait Sappho, ἤ πρόω ἐλάκω. & vel vt noster Pindarus, κόρακες ός χαρδεν Διός πρός όρνιχαβείαν ἐπιφουμιδες ταύτ ἐστὶ καμύματα, Itaque mihi non Suadam, sed hirundinem, non Sirenas, sed boues in ore habere videntur, dum instat densa grandinis, vt Auonij verbis vtar, torrente lingua perstrepere se putant. Odi loques Corinthios, intelligit me, qui Iulium Polucem legit. Non possum ferre Archinæ creptaculam, Arabios Tibicines, Daulias cornices ἀυρογλάποις, Telenicias Echones, Κρυνοχου- Ποληγάτες. Doctus sum, & apud doctos loquor ex Zenodoto, Diogeniano, Agatha, Cortipo, Protagoride, Pachimero, si quis hic ἀγαμίς τ, quo tunc Plato εἰπὶ τω afferat suam Calepinum, alioqui ad meas hallucinabitur orationes, vt harpasta ad colores. Sic est, sic est eruditè dicendum, non more Bucconum istorum, qui vix a Grammatica apolactizati in peritodulis sine vlla verborum contectuatione

M

allu.

alludiant, & toti sunt in derunicinanda oratione, hoc vnum curantes, vt dispalescat. Ad Cutilidonioſ campos iſtas phaleras: aut doctū eſſe oportet, aut fatuum, nihil medium. Hamaxari me maueſim ruri incuruiceruicum pecus, omni chalco expeculiatum, quam eſſe de eorū comedetiſſicorum numero, quibus niſi Ciceroniana verba in ventrem deciderint, hi ieiunāt, ſicut dū caletur cochleae. Stylus meus eſt, vt Philoſtratus ait de Sophocle, *μὲν δὲν ἀνθρώπων*, Batti ſilphium, Telephi ocytiparium, Phcebi cortina hic docti homines habent quod exdorſuent, & comedant non in Ciceronis orationibus, quas ſi exoffares omnes, non medullitae eruditionis guttulam inuenires.

Auent, auent daedalogiſſi audire recondita non mutuata de triuijs vocabula.

Quere ab illis profanis, & reconditoris doctrinae ἀμοιρίσ, quomodo iſtam blandam capitis luxuriam appelles, quā πλόκαμον Apolloniū *βόσρυχο* Coluthus, *Ἄνδρα Κόρη* Nōnus, iubam Seneca nominat: illi tibi continuō capillos, aut ſi quid velint inſanire, concinnos, ad ſummū coinatū ſimbrias appellabunt. Hęc norunt omnes ante alpha, & beta puella. Ego mallones, mallones nuncupo: Deinde illi me aſpiciunt, & quaerunt, quid verbi ſit? Bardi, Barones, Saturniæ Læmę, ἀπρ. διόνησι oportebat vos legiſſe Anaſtaſium Bibliothecarium, qui ſic ſcribit. *Βenedictus vnā cum clero & exercitu ſuſcepit mallones capillorum Dominorum Iuſtiniani, & Heraclij filiorum clementiſſimi Principis, ſimul & eius iuſſionem, per quam ſignificabat eorūdem capillos direxiſſe.* Ex quo penitiſſimam antiquitatem eruo, exhibitionem mallonū ſuſcepit mancipationis ſymbolum, & confirmo ex Paulo Diacono: *Circa hæc tempora, inquit, Carolus Princeps Francorum Pipinum ſuum ad Luithprandum direxit, vt eius iuxta morem capillum ſuſciperet, qui eius Caſariem incidens, et pater eſſe dicitur eſt, multiſq; eum aſtatim regis muneribus, genitori remiſſi.*

Mallones dicuntur capilli, Exhibito capillorum ſymbolum mancipationis.

Paul. Diac. h. c. e. 15. vet. edit. 49. noua 53.

Idolorū prima ſuperſtitio. Cyrill. l. 1. c. 1. Iul. Diadym. l. exeg. Hier. proem. ap. ad Titū.

Hęc recondita, pergo ad reconditoria. Noſtri Ciceroniani templum, templum, aut fanū appellant, ego draconium indigito: cur autem ex penetrabilibus ſanctiſſimę philologię explicoi Video apud doctiſſimos homines diuidias eſſe de Idolorum prima ſuperſtitione, Cyrilus li. t. contra Iulianum Cæropem, primum omnium ſimulachrum ſinxit Iouis ſummi Deorum memorat. Didi mus lib. Exegeſ. & Hieron. proemio in epiſt. ad Titum Creten-

ſum Regem Meliſſeam inducunt: à quo ſuperſtitionis ſemina pullularunt. Diodorus, & Eufebius Phrygibus aſcribunt. Atlantides Africę populi, primum apud ſe regnaſſe Deum Vranon gloriantur. Sanchuniaton Berythius apud Porphyrium, atque Eufebium Phœnicibus initium Theologiæ, & religionis arrogant: Laſtantius Chanaanais. Ammonius in antiquitatibus tradit Belum, ſtatuum primum Nembroto parenti, inter Diuos, vt putabat, relato rex iſſe, de quo copioſe tractat Theophilus lib. 3. ad Antiochum. Placiades Fulgentius, & Diophantes Lacedæmoniorum auctor narrat, Sinophanem Aegyptium, primum ſimulachrum εἰδὸδόνυς in ſolamen rapti filij crexiſſe. Rabbi Salomon antiquitatis nomine commendat Thamar Idolum Adonidis concauum, cuius oculos plumbo implebant ſacrifici; & accenſo intus igne plumbum liqueſcebat, ex quo ſimulachrum flere videbatur.

Ego vos draconem, cuius etiam mentio eſt apud Danclem, primum templo, & ſtatua, à Babylonis cultum fuiſſe, ex quo templa dicta Draconia inueni, inueni apud Strabonem Geographum, non quod pueri in faba.

Iam vero roga iſtos Perido technitas, quomodo cultum Deorum vocent? adorationem, credo, aut ſimile quidpiam garrient, ad Pannuceas Baucides iſta vocabula: Nos Antiquarij vertiginem appellamus. Cur ita? ſi qui hic ad eſtis penitentijs literis nondum initiati, fa-

ceſſite *τελεταῖς ἀνοργαῖς*, ſum reuelaturus. Democritus Deum nominat, *νοδὺς ἐπὶ πύρι* οφ. *poetis eſt*, mentem in igne circulari. Hermes ille ter maximus, circulum, cuius centrum vbiq; eſt, circumferentia nullibi. Pythagoras *προσκειμένῃ δὲν περιφερομένη* cenſet, & peracto ſacrificio galli circulum ex hoſtiarum ſanguine, in ara illunt, dicunturque id temporis *τελετεῖς*. Ideo vertiginem, cultum diuinum in ſigni vobulo dici oportet. In eodem genere eſt, quod effabor, deprecationes malorum, quas illi appellant. Nos docti de meliore vena formati, diamiltotes dicimus.

Pandite nunc Heliconæ Dea, dum iſtud Aegyptij, ſi quando deprecatur ſunt, in ignem, aut clades, & ruinas, memores (credo) illius diei, quo à cæde Angeli liberati ſunt Iſraelitæ, qui agni ſanguine poſtes domorum delinierunt, ſolent intrante Aequinoctio verno, accipere rubricā, (quā militum Græci appellat) hæc greges vngunt plantas, & omnia, à quibus lucra

Sanchuniaton.

Berythius. Porphyrius. Eufebius. Theophilus.

Thamar Adonis.

Draconia. Strabonem.

439.

Vertigo. Circulum in sacris. Democritus ex Iſta. Megiſto. alijs.

Quid diamiltotes. Deprecatio.

Rubrica Purpurina.

λαδμ cupiunt auertere: *Χρῆσι μὲν τὰ πρόβατα χρῆσι τὰ δένδρα, τὰς λοκάς, καὶ τὰ ἄλλα φημιζοντες, καὶ λέγοντες, ὅτι τὸ πῶρ ἐν ταύτῃ τῇ ἡμερακατέπλεθρον πορτῶν οἰκισμένων, τὸ δὲ σχῆμα ἢ ἀίματι τὸ πορτόν ἀλεχθήριον ἐστὶ τοσαύτης, καὶ πιαύτης πηγῆς.*
 Ex hoc diamiltosin, siue rubricissimum malorum per amuleta, auetruncationem, tanquam ex tripodē pronuncio. Ite nunc, ite Ciceroniani Pflaphornithes, cum vestra Tullia. Si nondum pentissimam eruditionem meam agnoscitis: exponam vobis quot canes habuerit Polyphemus Cyclops, quæ fuerunt singulorum nomina, quot dentes Hecubæ, quot gradus in Capitolio, quot Romæ araneæ, tempore Heliogabali, quot mures in Aegypto, sub Sethone, qui primi tulerint Sarabara, vos facias femorales, aut cruales dicitis, Symmachus Braccas, Aquila Anaxyridas, Theodotio melius Sarabella. Sed opinor, leonem ex yngue, doctum virum, etiam tum in ruris cernius, ad Adonia, & Polyphili hortos venire nihil necesse est. Quin istum igitur nuggerulum genij, & ingenij expertem, Morboniam abire iubemus, vt cochleas suas illic pueris diuendat, & in Doctorum cœtu, quasi Seriphiana perpetuo obmutescat; sic cenleo, Apulcio nostro in omnibus *ὁμοτῆτος*.

uem (vt scitis) & syncetum, adeoque eruditum, vt eius orationes Ciceronianis anteferant scholastici. Interim dum bibit, in conuiuio memoriam, quam natura iam dempserat, ebrietas subducit.

Interrogat, quis ille vocaretur, qui in imo recumbebat: Erat autem Castius, quem ipse inuitarat, & cum sæpe subiectum à Nomea clatore nomen Cestij excidisset, nouissimè feruus, vt aliqua nota memoriam eius faceret certiore, interroganti Domino, quis ille esset, qui in imo recumberet? ait hic est Castius, qui patrem tuum negabat literas scisse: dicebat enim vir bonus, quod erat magna libertate, Ciceronem scire tantum garrere. Hic Ciceronis filius afferri protinus flagra iubet, & de Cestij corio in mensa hospitali satisfacit patri. Rogo vos, quid hoc est, nisi tyrannis est? Senatorem virum flagris cædi ad mensam hospitis, quod ea, quæ de Ciceronis orationibus cæferet, ingenuè dixisset. Equis P.C. tam puer inter nos, cui istæ orationes placere possint, anfractus periodum, verba, & nugæ, arenæ sine calce, loquacitas tam sterilis ingenij, quam plena redundantis luxuriæ, omnia dixerò, si vnum dixerò. Nihil est M. Tullius præter vocem, cui tamen ita studuit, vt maluerit semper totum mundum turbari, quam vnam ex suis periodis. Hic vos appello, *Fidas & veritas*, quo pristina sæcula: non ita maiores nostri, non ita loquebantur, non hac verbositate terrarum orbem subegerunt: satagebant bene agere, loqui sobrie, & concisè.

Castius Ciceronis censor vapular.

Aeriter inuehitur in stylium Ciceronis.

CVTEONIS PRO SICCIIS,

Oratio IV.

CAPVT XX.

PATRES Conscripti, quousque hunc Regem feremus? an etiam cupit in stylo, vt in vestro olim imperio dictatorem agere, omnia ad libidinem dicere, & si verbum reprehenderit, continuo Vatinij erimus, aut Clodij, aut Catilina. Quis hæc ferat in libertate natus: Audite rem indignam ab isto, vel per istum, quid ad me attinet? patratam, cuius etiam testis est ille, qui in vestro consilio sedet Seneca, vir cum honore nominandus.

Cicero iunior, huius Marci Tullij filius, Asiam prouinciam obtinebat (elitellæ erāt boni impostæ, vt dixit illius pater, planè non erat eius onus) quanquam habuit ex paterno ingento singularem impudentiam. Inuitat, vt sit ad cœnam, Castium Senatorium, virū gra-

Postquam ista Asiatica loquacitas in urbem inuecta est, cœpimus esse ludimagistri, qui prius eramus Imperatores. Cœpimus feruire, quibus prius dominabamur. Non satis est nos perijisse, nisi & posteritatis oculis imponamus, & in dedecus Romani nominis istas euulgemus ineptias: verum, quid dico, parum est, etiam apud inferos Ciceronianè loqui cogimur. Censeo P.C. Censeo, vt nullus iam senator fiat, qui Apparatum non habeat, & si verbum minime Ciceronianum dixerit, vapulet sexcentis plagis. Ita mire bene res vestræ se habebunt. O nos stupeos homines, qui hæc patimur! O sordida pectora, O turpes auriculas! heu quandiu pueri erimus? Nam si sensum vllum habereamus, non dicam senatoris, iam enim perdidimus, sed hominis, postremum nobis iste conuiciator insultaret.

Quid Sarabara.

Seneca in contron. Ciceronis filium Castium castigari ostendat.



PAEDARIODIS PRO PVERILIBVS.

Oratio V.

CAPVT XXI.

EGO vero P. C. dicam, quod sentio, in toto Cicerone (si bene pendatur) vix est viciola ingenij, dictio eius humilis, repens, ad plebeium sermonem abiecta, sensus communes, figuræ de reuuis, ornatus qualis est Iberarum mulierum, quæ se monilibus ferreis pulchras, & beatas putant. Audite me, audite, ego sum orator pulchellus, bellulus, politulus, totus factus ex veneribus, & gratijs, nihil nisi rosas loquor, electrum, balsama, nicerotianos imbres, nectar, & ambrosiam, quæcunque scribo apes intexunt floribus, perfundant melle, cõplent omni suauitate: Non tot Argus habet lumina, non tot cælum sidera, quot sunt meæ orationis ornamenta. Papihonem credo nostis, hunc ego laudans, naturam laudo, cuius industria solertius est elaboratus, animalculum est, vt in viribus rarum, sic in agris frequens, corpus illi plenum, molle, tenerum, flexile, paulatim in exiguam longitudinem gracilescens, cui superparus teneræ lanuginis decor efflorescit, extant veluti porrecta minutissimis filis cornua, quæ intermicantium oculorum iucundus fulgor irradiat: sed præcipuum in penniculis miraculū, quippe supra tenuis corpusculi modulum explicatæ gemmant floribus, nitent purpura, micant auro, stellis radiant, his veluti remigijs libratus in aerem, & ridente passim verni temporis ænitare per gemmeam florum luxuriam volitat lud bundus, ad singulas penè stirpes adhærescens, modò delicatissima proboscide foliorum succos pabulatur, modò mollior quiescit inter odorum delicias, modò rehatregato volatu superbius emicat, & insultantium puerorum manus sexcentos in aere mæandros, & flexus pinguis eludit. Talis profectò meus stylus, talis meus calamus, fertur, volitat, & vagatur inter amabilissimos eloquentiæ flores lasciuens. Audite nunc aliud eloquentiæ palmarium, conchâ describam. Firmioris iam testæ murices, & cõcharum genera sæpe vidistis, in quibus magna naturæ ludentis varietas, tot colorum differentiæ, tot figuræ, planis, concauis, longis, lunatis, in orbem circumnatis, dimidiò orbe ægis, in dorsum claris, lauibus, rugatis, denticulatis, striatis, vertice muricatum intorto, margine in mu-

Ibera mulieras ferreas gerunt monilia.

Papilionis descriptio. Affectat descriptio. nes extrarem. Descriptio. Papilionis, cui suū stylum frigide & pueriliter cõparat.

Conchæ descriptio. Pliniana descriptio. bona quidē, sed à Paedariodis afferatur extrarem, & tota cõpilatur.

cronem emisso, foris effuso, intus replicato. Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata, cancellatim reticulata, in obliquum, in rectum expansa, porrecta, sinuata, breui nodo ligata, toto latere conuexis, ad plausum apertis, ad buccinam recuruis. Talis est styli mei varietas, talis ego sum Oratorum lusciniola, Elegiacorum olor, Epigrammatistarum psittacus, Lyricorum graculus, Comicorum pauo, Tragædorum stuthio, deinde me cum isto Arpinate comparate, adamantem cum vitro, rosam cum ruta, gausape cum hoioferico.

M. TVLLII CICERONIS
Apologia.

Oratio VI.

CAPVT XXII.

QUONIAM meo fato fieri dicam, vt nemo hæcenus rei literariæ bellum indixerit, qui mihi priuatim non fuerit inimicus? Neque opus est quemquam à me nominari vobis, cum ipsi recordemini, mihi pœnarum plusquam optarem dederunt. Equidem si sibi hoc sumunt aduersarij mei, stante me non posse veterem disciplinam corrumpere, quam illi omnium virium contentione conuellersi decreuerunt. Patior libenter, me pro literarum incolumitate, gloria, & ornamentis, vestrisque omnium studijs perditorum hominum furori, tanquam vallum opponi. Nec vlla me vis vnquam ab instituto auferet, dummodo meis laboribus, scientiarum honestati, reip. vestræ nomini, vestrisque commodis, quæ semper rebus meis chariora fuerunt, abundè seruiam.

Mirari tamen satis non possum inimicorum (non dicam) audaciã (iam enim vulgare vitium est) sed amentiam, impudentiamque singularẽ, qui in hoc senatu facillimè de me detrahi posse crediderunt, qui ordo clarissimis authoribus amplificatæ rei literariæ testimonium multis, mihi vni conferuatæ dedit. Voluerunt credo sua à me alienatione commendationem sibi apud improbos quærere, & mecum decertare contentione dicendi, hoc quidem beneficium est, quod enim mihi gloriosius, quam apud prauos, & imperitos homines male audire? quid plenius? quid vberius? quam mihi, & pro me contra Lucium Apuleium, Butco-

Buteonem Pædariodem, Cacozelum, & ceteris quisquiliis dicere: Tantum vos oro, atque obtestor P. C. ut si quædam in commentario nem meam in hac oratione exciderint, tribuatis inimicorum meorum importunitati, qui me in eam dicendi necessitatem compulerunt, ut sine operum meorum commemoratione non possim me defendere. Et si non omnia dixerero, dabitur verecundia mea, quæ in proprijs laudibus agit, nisi causæ necessitas flagitet versatur. Ac primum tibi, Luci de calumnijs, quas in hunc florentissimum patronoium ordinem, ista lingua intemperantia effudisti non respondebo: Condonandum est aliquid amentia, ignoscendum furori, nondum illi belluarum motus, quos olim cum astui corpore induisset deserberunt: sed in eo ipso, in quo te sapientem putas, summæ non modo insipientia, sed etiam impudentia contineo. An tu cum homo esses, ut ipse fatearis Afer, ab adolescentia graecule eruditus, Latini sermonis expertus, nullis præceptoribus usus, nullis disciplinae adminiculis, ausus es, sed quid non audeas? nostræ vbanitati, tuas sordes illinere, Romanis auribus, tam stultè, tam impudenter illudere? Equis est P. C. quis est qui modo sensum vllum latinæ linguae habeat, cui Apuleiana placere possint. Quod enim primum est in oratione vitium, à quotidiano sermone, communique dicendi genere discedere, hoc est, in eo ita frequens, ut nihil sit communius: Tanta fuit olim apud Atticos, maioresque nostros lingua religio, ut verbum inusitatum asserere penè piaculum videretur. Itaque cum nefarium hominem, belluam fortè dixisset AEschines, non tulit Demosthenes, quod ne Athenæ quidè magis Atticæ erunt, sed ut porrentum veteri repudiauit. Xerxem *Perfarum Inuerm*, vultures animata sepulchra nominauit, Gorgias Leontinus non est toleratus, *plebis ver adolescententes*, Demades, exhibitus est, & nostra memoria Charybdim patrimonij eum dixisset vir disertus, & sapiens, ut putabatur, in iure civili Romanis auribus non placuit, adeo religiose sunt (ut dicis) & teretes auriculae, ut non facile hanc sermonis nouitatem admittant. Ac si profecto liceat istius vbanitatis (ut vocant) ut omnes diserti sentiunt dementia, auctores alius repetere, inuenientur vanissimi homines, qui cum sanum Eloquentia succum retinere non possent, maluerunt verborum strepitu, & sententiarum tumore apud imperitos, & sui similes cap-

tare rumusculos, quàm præscriptis veterum legibus insistere. Primus opinor Dionysius zolorum-Siculus, ut in regno, sic in ratione dicendi tyrannum egit, cuius ineptias commemorat dicendo historia, *ναρδίων* virginem nuncupare nimis ineptia. vltatum putabat *μύρον* quasi expectati vi- *Vide Aristot.* ram latine diceret, nominabat columnam *Δωρ. ναύλ. 398.* *μύρον* validi potentem, quod valida perdura- *Inepta ca-* ret, murium causa, & latebras *mysteria* *εστ:* *τοῦς* *κοζελorum.* *μύς* *τυφεί* quod mures seruarent, si quis hoc in- locutiones: solenti sermone scriptas tyranni tragædias *Dion. Ty-* non probaret, mittebatur in latumias, ut illic *rannistylus* fame, & miseria contabesceret. Nec sanior fuit ille vranopolidis conditor Alexarchus, qui ciuitatem pinxit in aere, hic enim Gal- *Alexarr.* lum *ἰσδοκόων* manicinem appellabat, Cassandri *Cassandri* regis duces *πρῶτους* solus filios, ad quos tanta *Regis fratres* plerumque obscuritate literas scribebat, ut *Cacozelus.* Apollo Pythius interpretari non posset. At *Pompeianus in stylo* omnium, qui fuerunt, ineptissimus Pompeia- *ineptissi-* nus Philadelphensis, qui se amicos salutatum *mus.* dicitur, *postquam barbam calceasset*, & is Rhetor qui stomachatus pro concione dixit, *Perduelles cum campos pacis sustulissent, belli montes fabricati essent, in neptunias lacunas depelendos esse.* Qui ita loquuntur non minus sapere possunt, quam bene olere ut aiunt qui in culina habitant. Hæc sunt tamen Apuleij dicta (ut vocant) *bracteata*, hæc sunt eius rosa, hæc purpura, hæc sunt singularia orationis ornamenta: dein excusandus est (inquit) *si quid exotici sermonis rudis loquatur offenderit.* num potius bis ac- cusandus, quod cum tacere posset, hæc scripserit, quibus non tam ignorantiam latini sermonis, quam dementia ingenij importunam audaciam ostenderet? Quid de metaphoris dicam, quas me probare in oratore meo dicitur? eas nepe voluit metaphoras, quæ leues essent, floridæ, suauis, orationem quasi gemmis distingerent, non isto aramento. iutorio, & sordibus oblinirent. At hic omnium audacissimus, ferreas translationes, & ineptissimas cataractes, quibus totus est refertus, metaphora nomine appellare audebit? & ubique, & intempertius clamoribus ingerere? Quid quod totus est ineptus, inconcinnus, rudis, morosus, in tumore siccus, in siccitate tumidus, in grauitate puer, in puerilibus grauis, in sola inconstantia constans. Martichora profecto illa, quam si agant omnium animantium voces edere, non tot habet & tam discrepantes sonos. Idem rudit, hinniit, mugit, sibilat, asinitaue ingenio, quicquid facit, nunquam

Respondet Apulio.

Xerxes Perfarum Inuerm. Non condemat hoc verbu, quo sape utitur, sed religio Atticarum aurium ex eo ostendit.

Dion. Longinus. Martichora.

Alexarr. Cassandri Regis fratres Cacozelus. Pompeianus in stylo ineptissimus.

Metaphoras in lex. consura.

Martichora. finis. le. m.



recedit, & nos ei rudere permittemus?

Quando non hoc latrones (inquit) vesterunt.

Eat P. C. eat in Arcadiam, ampla satis regio est, illic fratres habet (vt ait) asinos sui amantissimos, inter quos rudat, quantum voluerit. In hac verò curia, in hac aere regnorum, in hac luce gentiū abiecta pecudis putidam carnem diutius tolerare nefas est. Bene morata ciuitates cerdonem non patiuntur nisi peritū, nos publici sermonis, quæ vna res omnium pretiosissima est, corruptorem tandiu feremus, quandiu eius tulerit libido? Sentit se hac dudum oratione verberari Cacozelius, qui est in eadem nauī cum Apuleio, nisi quod paulo doctior sibi videtur, & magis Græculus, nam reconditas habet ex antiquitate historias, verba non pauca sententiosè dicta, qualia Euanthri mater loquebatur; atque vt ea per se iam satis obscura, artis opera fiant obscuriora, tum græcanicis dictionibus illigat, tum morosis, & violentis adagijs aspergit. Ad summum studet impensè, ne intelligatur, quod facilius obtineret, si omninò tacere posset. Quæso P. C. num videntur constringendi qui ira loquuntur, quid est enim aliud furere, quam ritus ciuitatis, quam se, suosque non agnoscere, quam more fanaticorum, qui in sepulchris mortuorum versantur non ossa, & lapides, sed oppressa tenebris antiquitatis verba exuere. In hanc politiorum hominum lucem oberudere. Quid est aliud insanire, quam secum Osce, Volsee, Barbarè loqui, & murire, quod nemo intelligat. Expectatis, vt post verborum furores veniant ad verbera, & nos graphijs in Curia laniant? Num verò D. Augusti sententia satis vobis damnati videntur, qui eorum ineptias, atque inconcinnitatem, reconditorum verborum factores nominauit: Cacozelosque, & antiquarios vt diuerso genere vitiosos, tanto spicuit, vt ne Mœcenati quidem suo, & Tiberio, & Agrippinæ neptri parceret. Quid Tiberius sermone Græco, quamquam alias promptus, & facilis; non tamen vsquequaq; vilis est, abstinuitque maxime in senatu, adeo quidem, vt monopolium nominaturus, prius veniam postularit. quod si verbo peregrino utendum esset. Atque etiam in quodam decreto patrum, sub qua recitaretur, commutandam censuerit vocem, & pro peregrina nostratam requirendam, aut si non reperitur, vel pluribus, & per ambiguum verborum remunandam. Nos deinde passim sine vlla verborum penuria, imò in

Confutat cacozelos.

Augustus cacozelorū osor.
Tiberius in tribus religiosis.
Non absurdè his vtitur exemplis.
Elysiō post exitum eloquentia cōpora.
Sæpe in Tiberio,

vberrare maxima, & hoc dicendi genere græcè loquemur?

Cacozelis proximi sunt Antiquarij, qui licet dictione sint moderatiores, & magis sani, rerum tamen ac testimoniorum sylvam passim ingerunt, quod dum faciunt, doctorum quidem scholiastarum nomen apud prudentes obtinent, oratores non magis esse possunt, quam tibicines Catharcei, nisi quis fortè vestrum delirare Demosthenem existimet, qui hæc non habeat, Athenæum verò aut Heraclidem Lembum, istis antiquitatibus refertos, sumos oratores putet.

Subtilis res est eloquentia, & verus diuinitatis radius, tot commentariorum sylvæ, quasi nebulis obscuratur potius, quam lucet. In quo doleo summos viros, & ad magna eloquentiæ decora natos, quasi eos oratoriæ puduisset, hæc infesta veluti icæbie, se ad Grammaticorum artes abieçisse.

De Pædariode, cuiusque contubernalibus nihil dico: alia ratio eorum est, quorum amantiam reprehendo; alia eorum, quorum pueritiæ ignosco: Teneri sunt adhuc pusiones, auent, prout fert puerorum ingenium iocari, ludere, volitare, verba legere, figuris intextere, descriptionibus totas orationes implere: Nolim ad viuum refecere omnia, ne si illa, quæ primum effertur in adolescentibus, quæsi quædam sylvæ dicendi, seueriore falce rescindatur, penitus exarescat. Equidem descriptiones rerum, quæ sunt velut exornationis gemmæ, in magnis oratoris diuinijs numero: totas tamen ex descriptionibus constare orationes, aut vbi nihil opus est, auidius consecrari, non modò ab hac forensi luce, sed ab ipsis penè scholæ parietibus alienum puto. Longè aliter facit Bureo, quippe homo durus, & recens ex Stoicorum scola omnes orationis ornatus negligit, nullas figuræ, nullos ambitus, nullos admittit numeros strictæ, concisæ, exiliter perorat, eloquentiam in quoddam necessitatis pistinum compingit, & in eo se merum Atticum putat: in quo, quantus est error eorum, qui sibi hanc rationem dicendi arripuerunt; etenim, si omnibus ornamentis denudanda est oratio, eodem profecto iure spolianda natura est, a qua hæc facultas cernitur expleta, ex quo peccauit illa mens æterna mundi opifex, quæ nihil voluit non ornatum, & opus suum mundum ab ornatu nominauit. Si nullus adhibendus est ornatus, cur tot in vniuerso species incupiditatis, voluptatis, pulchritudinis: cur mut-

Delabitur ad causas antiquissimas. Antiquarij oratores non sunt.

De stylo puerilis

Contra sic eos, pro ornatis orationibus.

Marij dicitur ornatus est dicitur.

duo caelo, caelum stellis, stellae luce collu-
stantur? cur terra vestitur floribus, herbis,
arboribus, frugibus, quorum omnium incredi-
bilis multitudo insatiabili varietate distingui-
tur? Si nullus adhibendus est ornatus, quid vo-
lunt tot fontium gelidae perennitates? quid li-
quores amniū? quid riparum vestitus viridissi-
mi? quid impendentium montium altitudines,
immesitate? camporum? si nullus adhiben-
dus est ornatus, quid reconditae auro, argento-
que venae? quid infinita vis marmoris? quid tot
genera bestiarum, vel cicurum, vel ferarum?
quid volucrum lapsus, & figurarum? quid hominū
operibus agri, & insulae collucentes? quid tot
insularum varietas? quid amoenitates orarū, &
littorum? quid tot genera, tamque disparia,
partim submersarum, partim fluitantium, par-
tim innatantium belluarum, partim ad saxa
natiuis testis inhaerentium?

Orationis
Ornatus.

An cum Deus naturam tam comptam, &
elegantem esse voluerit, orationem naturae ve-
rā imaginem ab homine, quasi inertissimo pic-
tore negligi patemur? an cum nos pictu-
rae abditae, horridae, incultae deterreat, con-
tra nitida, lecta, collustratae delectet, in oratio-
ne concinnitatem sententiarum, argutos, cer-
tosque verborum ambitus, omne denique
delectationis aucupium fugiemus? At illi ipsi,
qui se ornata negligere distant, affectant
putidius, dum omnia acutissimis conclusivuncu-
lis vincire studet, quo fit, ut saepius ad eō sunt
exiles, ut auditoris vel nauiter eruditi sensus,
animūque pretereunt. Dixi P. C. de aduersario-
rū vitijs magna breuitate, non insultandi causa,
quod meum nec fert ingenium, nec, si feret, pa-
teretur auctoritas, sed ut confutatis ineptissi-
morum hominum sententijs clarius sua luce
Regina terrarū eloquentis fulgeret. Scio facili-
us esse errores styli castigare, quā veram dicē-
di rationē in tanta rerum, ingeniorumque varie-
tate tradere: dabo tamen singulare operam, ut
respondeam expectationi vestrae, & quod opti-
mum sit dicendi genus, veluti digito demon-
strem, si modo conrotas in me inimicorū ca-
lumnias, duce (ut arbitror) veritate, vestrisque
omnium studijs diluero.

Intelligo (iudices) tuas totius accusationis
partes fuisse, vna in reprehensione vite, alterā
in styli contentione esse versatam: Et prima
illa quidem, quae grauissima esse debebat, ita fuit
infirma & leuis, ut illos maledicendi commu-
nis rabies potius, quam vera facultas de Cice-
rone dicere aliquid coegerit.

Obijciunt mihi ingenij arrogantiam, quod
ipsum per se crimen graue est, nec etiam si falso
accuteris, negligendum. At quā acutē colli-
gunt, Caestus nescio quis terrae filius, homo nō
modō improbus, sed importuna dicacitatis, a
filio meo procofsule castigatus est in conuiui-
o, quid tum? placuit res omnibus, tantus enim e-
rat hominis graeculi fastus, ut tolerari non pos-
set: testis ille, quem honoris causa nomino,
Cassius Seuerus, qui eundem Caestium, cum ad-
uersus me declamaret, ita incipientem audiuit,
Si *Thrax essem, Fufius essem*: (erat hic Fufius no-
tissimus gladiator) Si *Pantomimus essem, En-
thylus essem: si equus, Melissio*, non continuit bi-
lem Seuerus, vir alioqui lenissimus, sed palam
exclamauit: *Es si clonca es, magna es*: quia
voce excitati ceteri fortes iuuenes, & eruditi,
coeperunt declamatorem lapidibus insectari,
qui in eo ipso loco necatus fuisset, nisi nostro-
rum clementia seruasset; tandem *ingrati postu-
latus*, cum ipse, quod ab eo requirebatur, ut Ci-
ceronem se ditertorem semel faceret, praesla-
re nollet, incredibili omnium consensu, Proco-
sulitem dissoluit, & hominem, ut decebat, ex-
cepit.

Cassius Ci-
ceronis ab-
treffator
male mul-
tatus.

Seneca sua-
for. 7.

En crimen, en causa, cur reus fit apud vos
Tullius, quod ganeonem Graeculum omnium
iudicio damnatum, eius filius cum imperio co-
ereuerit: sed fac esse flagitium, fac scelus, fac si
vis, parricidium, iniquam conditionem statuis
moribus hominum, si mortui parentes apud
Minoem & Rhadamantum, ea quae liberi eo-
rum committunt in terris suo capite luere de-
beant: hoc igitur accusationis genus, tanquam
vanissimum omittamus: Stylum meum varie
exagitant, ut solent, partim adolecentes re-
rum imperiti, partim etiam viri, sicci quidem
illi, & austeri, qui tamen, ut ait Poeta, adhuc
in arte iuuenantur, suoque ingenio ad eō meti-
untur eloquentiam, ut quicquid sibi non pla-
cuerit, hoc ipsum conuino repudiandum pu-
rent: his ergo nec placere possum, nec volo, quib.
displicere gloriosum puto: alij me doctrinae ex-
pertē, alij languidū, & redundantem: alij nimis
mollē, & comptum arguunt: malunt ad summū
omnes, pro sui ingenij prauitate liberius obtre-
ctare, quā pro rei veritate, quid congruat, intelli-
gere. Ac primū doctis illis respo deo, me in bo-
nis disciplinis plurimū momenti semper posu-
isse, a quibus nulla pars aetatis meae vnquam ab-
horuit: quippe cū ab adoleſcentia ijs esse in li-
tutus artibus, quibus ingenia excitantur ad de-
cus, eadem ingrauescenti aetati, non modo per-
fugi-

Ciceroniani
styli desep-
ſio.
Rationem
reddis suo
styli.

Aduersus
eos, qui Ci-
ceronis sty-
lum minime
doctos
dicunt.

fugium, sed & voluptatem pepererunt. Ego nostrorum hominum, & Græcorum monumenta omnia magno, & incredibili labore perlegi, hausi, expressi, pectusque rerum omnium copia, & vbertate compleui, non tamen ea lege, ut cum nihil opus esset, hæc coram multitudine in concionibus effutirem, quæ & inuidiosa sunt, & ostentationem vanitatis habent non mediocrem. An quia Timæum Gorgiam, Thucididem, Platonem in concionibus ad populum, aut in deliberationibus negotiosis græcè non cito, idcirco indoctus videor? an quia cum de Veiris furtis, de exilio Milonis, de Deiotari vita, & fortunis agitur, Agamemnonas, Xerxes, Darios, Alexandros, Dodonæos fontes, cataractas Nilii, Menippi empusas non commemoro, idcirco literarum expertis iudeor? pator me imperitum dici, dummodò qui hæc faciunt, se pueris ipsis magis pueros, vel sui Burconis testimonio fateantur.

Redundantia, vitium obiectum dicitur.

Qui me redundantem dicunt, nomè redundantia vsurpant, quid ipsa planè sit, ignorant. Hoc redundare est, quod faciunt, cum vanissima verborum profluentia, sine vlllo delectu luxuriant: hoc fasè dicere, quod facio, cum mihi nullum verbum excidat non consultò positum, & quod ad rem illustrandam, aut augendam, aut minuendam non faciat. Itaque hæc mihi dicendi temperiem constitui, ut

Hoc est Iulij Seucryani de Cicero in dicitum in Syntom.

Asiaticis pressior, & austrius illis Atticis copiosior essem, aurèa in eo, sicut in cæteris mediocritatem sequutus: quod si quædam latius aliquando videantur excurrere, apud populum R. dicuntur, cuius aures salebrosam illam, exilentem, & vbi minimè expectes relicturam orationem, ferre non poterant, fuso, æquabili, que generi dictionis assuetæ. At illi Oratores ineptissimi, qui primam eloquentiæ partè prudentiam non vident, in eo ipso me reprehendunt, quod torum laus, & gloria occupavit, apud plebem, scilicet, concisè dicere, & frigidis acuminibus sententias frangere oportebat, ut non intelligeret, hoc ipsum idem est, ac si velis Hercules colosso, Pigmæi calceos accommodare. Res est tota popularis eloquentia, populo, & scenæ seruendum, aut omnino tacendum est.

Prudentia, prima pars oratoris.

De mollitie, & suauitate orationis quid dicam? verendum est, ne præuicacitatem mihi apposuisse videar, qui me loco criminati clarissimis laudibus ornarent. Esto, compositio mea vna est: pedem seruat curata, lenta: sed, ut rectè de me prudètiore censeat, est sine infamia mollis.

Platonis, Demosthenis, Vocata est oratio

Plato Philosophorum Deus, summa senectute calamistris inurebat orationem, Demosthenes anxie literulas obseruabat, ne quid diuiscutum excideret: Isocratis composita sunt omnes dictiones, ut in pavimento tessellatæ. Mihi si quid natura, & continua scribendi exercitatio attulit, ut sine salebris flueret oratio, quod tamen nec putidius affecto, nec austerius repudio: quid est, obsecro, quod me pulchritudinis, & honestatis pudeat? & tu deinde audes, Luci, clarissimorum virorum testimonij, quæ tu tibi ipsi ad arbitrium fingis, me læcescere? tuum stylum extollere, meum contemnere: ô tenebræ, ô lutum, ô sordes, ô humani nominis oblite asini vix memor! Ita nescio quid iste fractû, humile, demissum, fordidum, inferius etiã est, quod Milesio asino dignû videatur: tu me Bruti nomine insectari audes? an ille quenquam plus me dilexit cum vlllo, aut sermones, aut consilia cõtulit sapius? quæquã legit audiui leuius vix se ipsa poterat è sinu deponere. At si quid pro familiaritate nostra dixit in me ybanus, ut ego multa in illû identidem iocari solebam, tu cõtinuò illud arripis, & non vides te plumbeo (quod aiunt) gladio Ciceroem iugulare. Me C. Cæsar summum eloquentia triumphatorem nominat; Seneca summum, & eloquentissimum oratorem; ingenium par solum Imperio Romano appellat; literarum latinarum parentem censet Plinius; virum acrem, magnum, memorabilem Titus Liuius; egregium patriæ caput Corn. Seuerus; admirabile posteris ingenium Arellius Fuscus; virum sani pectoris, & Romanorum omnium disertissimum Arnobius; indomitum Ciceroem Petronius; eloquentionis fabri Sidonius; incediû deuorans amnia ipse, qui hic sedet Cassius Longinus. Tu a sine ad tanta lumina hifcere audebis, & me gloria circumfluentem, de cælo (quod aiunt) detrahere.

Exposui P. C. rationem defensionis meæ, à Iudicio vobis benignè sũ auditus, addam de optimo genere dicendi, quãdo vobis ita placet, & me in hoc genere versantem tam lubenter attenditis. Ego vero sic statuo eloquentiæ veluti animam esse prudentiam, sine qua quæ nec oratores vlli, nec imperatores esse potuerunt: hæc sapientia imprimis adhibenda eloquenti est, ut sit temporum, personarumq; moderator, nã nec sepe, nec apud omnes, nec pro omnibus, nec omnibus eodem modo dicendum arbitror. Tria sunt omnino genera dicendi, quibus in singulis quidam floruerunt, pericq; autè id quod volu-

mollis, est Seneca iudicium, Struciana Cicerois.

Exagitatio Apuliana.

Testimonium de Cicero ingenio, Sylo sen. cont. l. 1. Hæc, vti in Elysis capis dicitur, Et sic congruum tempore.

de optimo anima eloquentia est prudentia.

Trin dicitur generis.

aus,

Prima figura grandiloqua.

Altera tenuis. Tertia mediocri.

mus, per pauci in omnibus. Primum est, ut ita dicam, grandiloquum, cum ampla & sententiarum gravitate, & maiestate verborum, varium, copiosum, graue ad permouendos, & commouendos animos institutum, & paratum. Alterum tenue, acutum, omnia docens dilucidiora, non ampliora faciens, subtili quadam & pressa oratione limatum. Tertium quoddam interiectum est intermedium, & quasi temperatum, nec acumine posteriorum, nec fulmine utens superiorum, viciam amborum, in neutro excellens, vtriusque particeps, vel vtriusque, si totum quaerimus, totius expertus: idque vno tenore (ut aiunt) in dicendo fluit, nihil affertens, praeter facultatem, aut aequabilitatem, aut addit aliquos, ut in corona toros, omnem orationem ornamentis modicis verborum, sententiarumque distinguit. Quomodo igitur ista conciliabimus, vel quem eloquentiam modum constituemus? res est difficilis, Dij immortales, atque omnium difficillima. Nam cum est oratio mollis, & tenera, & ita flexibilis, ut sequatur quocumque torqueas, tum & naturae varia, & voluntates multum inter se distantia effecerunt genera dicendi: flumen igitur verborum, volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam: distincta alijs, & inter puncta interualla, mora, respirationesque delectant: elaborant alij leuitate, & aequabilitate, & puro quasi quodam, & candido genere dicendi. Sunt omnes laudabiles, sed est eloquens, qui ad id, quodcumque decebit, poterit accommodare orationem, qui & humilia subtiliter, & magna grauius, & mediocria temperate dicere poterit.

Quis stylus optimus.

Quomodo cuius argumenti stylus sit accommodandus.

Tractandum est demonstratiuum genus? quod quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est, genus orationis sit pictum, expolitum, elaboratum, artem non modo habeat, sed & profiteatur. Datur hic venia concinnitati sententiarum, & arguri, certique, & circumscripti verborum ambitus conceduntur, de industriaque, non ex insidijs, sed aperte, ac palam excolitur oratio, multaque ad voluptatem aurium afferuntur, quae in veritate causarum, & rarijs multo facimus, & multo occultius. Causa in foro discipienda est: principia sint verecunda, non elatis inter se verbis, sed acuta sententijs, narrationes credibiles, quotidiano sermone prope explicatae, dilucidae, etsi res tenuis, tum argumentandi tenue filum, & in docendo, & in refellendo: si magna adhibeantur dicendi faces, quae efficiant

orationem actuosam, luminosam, vehementer incitatum, ad summum talem, qualem facilius sit mirari, quam imitari? traducenda est ad Philosophorum documenta, & scholas orationis? appareat inimitabilis quaedam orationis subtilitas, quae si non plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet, & si soluta sit, non vaga tamen esse debet, ut ingredi liberè, non ut licenter videatur errare; ad summum tota non ingrati diligentiam praeseferre hominis, de re magis, quam de verbis laborantis: haec qui praestare potest, non modo disertum, sed eloquentem: non Rhetorem, sed summum Oratorem iudico. Sed pro dolor! quam pauci nunc, & penè nulli haec generalitatem animi retinent, postquam effusa in urbem barbaries, se Romanis moribus, urbanitati que miscuit! Conseruate, quando adhuc potestis, Dij immortales, eloquentiam Imperij Romani lumen, haec nomen populis, haec aeternam gloriam gentibus comparauit, haec res in omni libero populo, maximeque in pacatis, tranquillisque ciuitatibus praecipue semper floruit, praecipueque dominata est: haec huius sanguinis propria est, & numinis, quae, quo tela nostra non potuerunt, honoris quadrigis iniecta penetravit. Nolite, o Minerva, & Suada, vos hic appello, nolite per vestras ares, & fana, per vestrum nomen obtestor, nolite altricem nostrae gloriae, dominam gentium, parentem felicitatis, per impuros homines, morte, cruciatu, cruce diutius affligere: reddite, quem dedistis spiritum, vitam languenti restituite, praesidia salutis, & ornamenta dignitatis reparate, temerariosque, & audaces, debitis huic scelerum importunitati supplicijs, viuos, mortuosque macerate.

D I X I.

Facile est ex hac actione, & Ciceronis iudicio styli virtutes, & vitia adnotare, quo tamen tota res fiat illustrior, primum imaginem maiori oratoris ex Luciano expressam, mox censuram vitiorum, tertio virtutes eloquentiae subijcio.

N M A.

MALVSO R A T O R.

Totus Ex Luciano ferme expressus.

Εν ῥητορικῶν διδασκαλίᾳ.

CAPVT XXIII.

Titul. ora-
tor.

QVod igitur felix, faustumque sit, fac vt
his imprimis temerarius, audax, & nauiter
impudens: his vbi fueris armis instructus, satis
doctum te putabo, cum praesertim pretio-
sissima nostri ludii supellex sit ignorantia. Me-
diocritatem, pudorem & verecundiam, extra
Caucasum, & Gangem ablega: sunt enim ora-
tori quem molimur perquam contraria. Quini-
mo affer tecum Sventoris valentissimam vo-
cem, semper cantillantem, & incessum, qualis
hic noster est. Vestitus sit cultus, & elegans,
opus Tarentini velleris, Crepida Attica
ad muliebres delicias in varios mazandros
conculsa, vel solea Sicyonia candidis, purpu-
reisque fasciis interstincta. Libellus au-
reis flosculis illusus gestetur in manu, quem
nunquam legas. Affecta comitentur multi, qui
tibi, vt Paphonis aues idem idem istud ad-
garriant; ἡγλαῖς, κομψαῖς, ἄνω, ἔπι, ἰσθμῶς. Inte-
rim, ne videaris omnino antiquae literaturae
nescius, latiniora quaedam verba intelligenda
sunt, quae tu semper in ore habeas, Equidem
sic arbitrabar, Na vehementer errat, Multo
profecto rectius, Id ipsum esse videatur. De cae-
teris securus esto, quantumvis inconcinna,
dura, rancida, quasi nummos melioris notae
tua venditabit impudentia. Nec satis, an-
tiqua, obsoleta, peregrina; ad summum, qua-
lia Euandri mater loquebatur verba, solli-
cite legere, & colligere oportet, quae tu dein-
de magna linguae volubilitate in adstantes in-
torqueas, vt illi te, quasi hominem e caelo lap-
sum, & (quod aiunt) loquentem de machina ve-
nerentur, quod si quando verborum copia non
fuerit, tu pro arbitrio confice, & cum bar-
barismus, aut solæcismus exciderit, confestim
in promptu sit nomen poetae cuiusdam, vel
scriptoris, qui nec est, nec fuit vquam, vt cum
ita dixeris, vir doctus censearis. Praeterea fac
nouorum scriptorum affectatas orationes sem-
per habeas in manu, quas, vbi cautè facere po-
teris, pro tuis vendites: puridum verò Isocra-
tem, inurbanum Demosthenem, frigidum
Platonem ingenij expertem, Tullium non plu-
ris aestimes, quam carissam maceciam, aut

vitiosam nucem. Mox, cum in ludum, certa-
menque veneris, & vt fieri solet, oratio-
num argumenta proponentur, dic omnia exi-
lia esse, & angusta, te tamen conaturum. Ca-
ue tunc mediteris, quomodo orationem di-
stributas in partes, hoc enim frigidum est
hominum, tu dic quicquid in buccam, et si
contingat te pedem capiti, ocream galeae, cau-
dam iubae aptare, quid ad te, modo ne taceas.

Si de scisso pallio, aut de balnearoris qua-
drante caussula Romae agenda sit, tu omnem
antiquitatem Atheniesum commemorabis;
quae apud Indos, & Ecbatana geruntur referes,
mores etiam Scytharum interpones. In omni-
bus verò si Marathos, & Cynegyros, sine qui-
bus nihil fiat: Athos nauigetur, Hellepontus
pedibus teratur, sol Persarum telis opacetur,
Xerxes fugiat, triumphet Leonides, Othrydae
literae cruore scriptae legantur, Salamis, Ar-
temisa, & Platea, ad satietatem vsque incul-
centur, quibus pauca illa verba, peraque, certus,
quidem, profecto, utique, tanquam flosculi im-
miscantur, et si minimè res indigeat. In affe-
ctibus porro illud; heu malorum! Diu immor-
tales! per deos, deusque omnes! saepe iteretur,
& caput verberetur, & vox iulet, percutia-
tur femur, etiamsi vel mortem tantum passeris
luxeris. Inter haec, si videris tadio affectos au-
ditores de discessu cogitare, nauiter retine, &
quamprimum sedere iube: tum ab Iliacis vs-
que temporibus, vel per Iouem, a Deucalionis,
si videtur, & Pyrrhae nuptijs (quid enim inter-
est) historias ordire, & ad haec vsque tempora
longa rerum, & verborum serie defleste. Si
non laudent auditores, aperte conuiciare; ne-
que enim melior es Philagro praestantissimo
illo quidem, sed parum iracundo Rhetore,
qui de suggestu desiliens, alapam sanè bene so-
noriam, in os auditoris, ad ea, quae diceban-
tur oscitantis, incussit; ita timebunt, credo alias
doctis esse molesti, & si quid dixerint, ob in-
uidiam facere videbuntur. Multitudo verò, &
formam, & incessum, & deambulationem, &
cantum, & crepidas, & caetera mirabitur: a-
mici porro à te conducti non cessabunt applau-
dere, & conarum tibi pretiū rependeres quod
si quando memoriola vacillaueris, porrigent
manus, & interiti laudabunt, dum quid loqua-
ris inuenias. Haec si ad vnguem, Rhetor esse po-
teris citius, quam coguntur asparagi.

In hoc toto dicendi genere, nihil est sanum,
nihil sincerum, nihil non rationi, & erudi-
tissimis hominum sententijs contrarium. Nam,
si pri-

Eius dispo-
sitione in
historiis.Inopia in
historiis.Pilagri
Oratoris
audacia et
dicula.

Et, pifca quærentur, quid tam abfurdum, quam ea loqui, quibus non intelligaris, cum maxime cupias intelligi? quid fultius? quam cum habeas nummos præfentes, afperos, legitimo charactere impreffos, illis per fummam leuitatem non utaris: fed alios e fepulchris mortuorum coneris eruere, quos nemo agnofcat, nemo velit, qui modo fapiat, pro legitimis habere: quid tam arrogans, quam uerba fingere, & uelle nouæ linguæ auctorem, atque architectum haberi, quam ne uix quidem ipfe intelligas? quid inanius, quam metaphoris totam orationem implere, & cum uerba fint notionum ueluti fimulachra, ea nouis fubinde imaginibus obfcurare, & quafi umbras umbrarum facere: Quid denique ftolidius, quam Pygmeo caligam Maximini adiptare.

Omnes quotquot fuerunt dicendi, fcribendi, fentiendique magiftri peritiores, hoc genus afpernati yno confenfu damnarunt.

Cenfura Antigoni Regis.

Iudicia de
fily.
Antigoni,
Augusti,
C.
Item Plut.
in ap. ph.
Cenfura
filyi tumidi
conuentiona-
tio.

Antigonus Rex prudentiffimus fatuū Rhetorem, nouis, & affectatis uerbis uictem, ad aures plebeas remiffit. Talis autem fuit eius oratio: χινοβολας η ώρα γενομένη λειποβοταν ει επιοιση την χώραν, Nisi iacula tempeffas exorta herbare, fere totam fecit regionem. Cui Antigonus, ου παωση μοι, inquit, ως οχληο χωλωμθ, Nunquam defines regis auribus uti, pro plebeis.

Cenfura Augusti Cafaris.

Sueton. in
Aug. 66.

Genus eloquendi fequitur est elegans, & temperatum, uitiatis fententiæ rum inceptis, atque inconcinnitate, & reconditorum uerborum, ut ipfe dicit, fætoribus; præcipuamque curam duxit, fenfum animi quam appetiffimè exprimere, quod quò facilius effet, efficeret, aut necubi lectorem, uel auditorem obturbaret, ac moraretur, neque præpofitiones uerbis addere, neque conjunctiones fapius iterare dubitauit, quæ detractæ afferunt aliquid obfcuritatis, & fi gratiam augent, caeæcelos, & antiquarios, ut diuerfo genere uitiolos, pari ftudio fperuit.

Mæcenatis
μυροβρεχης
sonctus.

Exagitatat nonnunquam in primis Mæcenatem fuum, cuius μυροβρεχης (ut ait) cincinnos ufquequaque perfequitur, & imitando per iocum inder. Sed nec Tiberio pareit, & exoletas, & reconditas uoces atcupanti, M. quidem Antonium, ut infanum increpat,

quafi ea fcribentem, quæ mirentur potius homines, quam intelligant. Deinde Iuden malum, & inconfans in eligendo genee dicendi ingenium eius, addit hæc: Tuque dubitæ Cimberne, Annius, an Veranius? flaccus imitædi fuit tibi? Ita, ut uerbis, quæ C. Saluftius excerptit ex Originibus Catoris, uarietan potius Afaticorum inanibus fententijs, uerborum uolubilitas in noftrum fermonem transferenda? & quadam epiftole Agrippinæ nepris ingenium collaudans fed ofus est, inquit, dare te operam, ne molefte fcribas, aut loquaris.

Cenfura Apollonij.

Α Ορον η ιδεαν ετα ησχησεν ου διδουρα μελωδη, η φλεγμαινυσαν παιηλικως ονομασιν, ουδ η ανκατεγλωτισμενιλυ, η υπεραηλικιζουσαν, αηδες γαρ το υπερ την μετρίαν ατθιδα ηγειτο

Philofoph.
uina Apol-
lon. l. 1.
υπεραηλι-
ζουσαν.

Nunquam ufurpauit genus dithyrambicū, poeticeis nominibus anpullatum, neque lenocinantibus uoculis concifum, & fupra Atticorum confuetudinem uentifum.

Cenfura Dionyfii Longini.

Ε οικεν ειναι το αι δειν, ον τοις μαλιστα δυσφυλακτοτατον. φουσει γαρ αιταντες αι μαγετες εφιε μδροι, φειγοντες αβειειας, η ηηροτη καλας τωσιν, οδκ οιδι, οπως επι τθ δι υποφερον λαπειθό μδροι τθ.

Dionyfius
Longinus
περι ηηρας

Μεγαλιες απολιδαινειν αμαρτημ ευνεες, κακοι η οηκοι, η επι σωμάτων, η λογωρ, οδ χαδνοι, η αναληθειες, η διηωστε περιφωαντες η μας εις ταιωναντιον: ουδεν γαρ, φησι, ηηροτερον οδρωτωικθ; αλλα το μενοιδεν υπεραφρειν βελεται το υηη.

Est certe tumor maximum orationis uitiū, idemque frequentiffimum, quia natura omnes, quod & in rebus, & in fermonibus excelsum defideramus, & ne eneetæ imbecillitatis cri nen incurramus, inflari uolumus, & prouerbio locum damus.

Errare in magnis eji nobilis error.

fed tumor uitiolosus est, non minus in corpore, quam oratione, & tumidi plerumque degenerant in ficcus, nihil enim hydrope ficius, & tumidius. Hæc magnus oratorum Criticus, cū quo faciunt Plato, Aristoteles, Cicero, & omnes quotquot funt optimi.

CONDEMNATIO.

Μειρακιδίως.

Censura Plutarchi.

CAPVT XXIV.

Hoc totum dicendi genus Plutarchus gra-
uiter, & copiose descripsit, & castigauit, vt
nihil mihi magnificentius, nihil vtilius dici
videatur, dignum quod hic aureis apicibus de-
scribatur.

Εχει δέ τι καὶ ἡ λέξις ἀπατηλόν. ὅταν ἡ-
δεῖα, καὶ πολλὰ, καὶ μὴ ἀδύνατα, καὶ χαλασ-
κευῆς ἐπιφέρῃται τοῖς πράγμασι, ὡς γὰρ ἔ-
στιν ὑπὸ ἀλλῶν ἀδόντων αἱ πολλὰ τοὺς ἀκούοντας
ἀμαρτίαι διαφεύγουσιν, οὕτως περιττὰ καὶ ἄ-
εὐαρὰ λέξεις ἀντιλαμβάνει τῶν ἀκροατῶν πρὸς τὸ
δηλοῦν. Οἱ γὰρ μελάνθιοι, ὡς εἴκοι
περὶ τῆς Διογενεὺς τραγῳδίας ἐρωτηθεὶς, οὐκ
ἔφη χατῶ εἶναι αὐτὴν ὑπὸ τῶν ὀνομάτων ἐπιτρο-
υμένειν, οἱ δὲ τῶν πολλῶν διαλέξεις, καὶ μελέ-
ται ἑριστῶν, ὅν μόνον τοῖς ὀνομαστικαῖς παρα-
τάσματι χερῶνται τῶν διανοημάτων, ἀλλὰ
καὶ τὴν φωνὴν ἐμμελείας τισὶ, καὶ μαλακότη-
σι, καὶ περιάσσειν ἐφηγήνοισι ἐκβακχεύουσι,
καὶ περιφέρουσι τοὺς ἀκροαμένους κενὴν ἠδονὴν
διδόντες, καὶ κενωτέρου δόξαν ἀντιλαμβάνον-
τες. Ὡς αὐτοῖς συμβαίνει τὸ ὑπὸ Διονυσίου
ῥηθῆναι. Ἐκεῖ γὰρ ὡς εἴκοιεν, εὐδοκμῶντι
κιδάρω δὲ παρὰ τὴν θέαν ἐπαγγελιάμε-
νοι δαρεῖας τινὰς μεγάλας, ὑπερον οὐδὲν ἔδω-
κεν, ὡς ἀποδέωκώς τὴν χάριν. Ὅσον γὰρ
ἔφη, χρόνον εὐφρανεσθε ἀδῶν, τοσούτον ἐχαίρετε
ἐλπίσω. τῶτον δὲ τὴν ἑρανον αἱ τοιαῦται πλη-
ροῦσιν ἀκροάσεις τοῖς λέγουσι. Δαυμάζονται
γὰρ ἐφ' ὅσον τέρψασιν, εἴτα ἅμα τῆς ἀκοῆς
ὑπερῆρη τὸ ἠδὺ, κακῆν δὲ προλέλοιπεν ἡ δόξα
καὶ μάτρω τοῖς μὲν ὀχρόνοι, τοῖς δὲ ὀβίαι
ἀνάλωται διόδεῖ τὸ πολὺ, καὶ κενὸν ἀφερέντα
τῆς λέξεως. αὐτὸν δὲ κατὰ τὸν κατὰ τὸν κατὰ
τῆς λέξεως, αὐτὸν δὲ κατὰ τὸν κατὰ τὸν κατὰ
μείδου μὴ τὰς σεφελόκους, ἀλλὰ τὰς μελίσ-
σας, αἱ μὲν γὰρ ἐπιτίθειν τὰ ἀνθρώπων, καὶ εὐώδη
τῶν φύλων, σωτήρησι, καὶ διαπλέκασιν ἠδὺ μὲν
ἔφημερον δὲ, καὶ ἀκαρπῶν ἔργον. αἱ δὲ πολλάκις

ἰώ, καὶ ῥόδων, καὶ σακίθων διαποτόμιμα λέ-
μῶνας, ἐπὶ τῷ σαχύτατον, καὶ δριμύτατον δό-
μον κατέχευσι, καὶ τέτω προσκάλυται, ξανθὸν
μέλι μὴ ὀμῶμα, καὶ λαβῆσαι τι τῶν χρησίμων
ἀποσπείρονται πρὸς τὸ οἰκίον ἔργον. οὕτω δὲ
δεῖ τὸ φιλότεχνον, καὶ χαλαρὸν ἀκροατῶν τὰ
μὲν ἀνθρώπων, καὶ ὑπερῆρη τῶν ὀνομάτων, καὶ τὰ πρα-
γμάτων τὰ δραματικά, καὶ πανηγυρικά, κηφί-
ων βοτάνων ἑριστῶν ἠγέμερον εἶναι τὸν
ἔργον, καὶ τὴν διάθεσιν ἔλεγον, ἔλεκεν ἀπὸ
αὐτῆς τὸ χρησίμον, καὶ ἀφέλειμον.

Ipsa, inquit, etiam dictio habet quippiam
ad decipiendum conducens, si rebus applice-
tur suavis, & copiosa, & cum fastu aliquo,
atque apparatu. Sicut enim eorum, qui ad Ti-
biam canunt, errores plerique latent audi-
tores; Ita abundans, atque ornatu superbiens
dictio animum auditoris perfringit, ne rem
de qua agitur intelligat. Et Melanthius qui-
dem interrogatus (vt aiunt) de Diogenis tra-
gædia, negabat se eam videre, quod vocabula
eius conspectum intercluderent. Sed plero-
rumque sophistarum orationes, atque decla-
mationes, non vocabulis modo tanquam cor-
tinis velant sententias; sed vocem quoque ac-
curatis quibusdam fonis, ac mollitie, & cantil-
lationibus illi edulcantes bacchicum quen-
dam furorem in auditorum animos concitant,
eosque transfusos abripiunt: pro vana, quam
adferunt voluptate, vaniore etiam glorio-
lam reportantes. Itaque illis vsu venit id,
quod Dionysium ferunt dixisse: qui cum Ci-
tharædo cuidam præclara cum approbatione
cantanti inter audiendum magna quædam do-
na promississet, deinde nihil dedit, persoluisset
sefe iam ei gratiâ dicens: qui quanto tempore
canens delectasset, tanta etiam spe fuisset oble-
tatus. Atque hoc stipendium tales auditores
dicenti rependunt. Is enim in admiratione est,
quâdiu voluptas, & dicentis existimatio, & al-
ter tempus, alter vitam frustra perdidit. Proin-
de oportet copia, & vanitate dictionis remota
ipsum persequi fructum, imitarique non eas,
quæ sexta plectunt muliericulas, sed apes.
Illæ enim florida, & odorata sectantes folia,
conferunt, atque pertexunt opus, iucundū qui-
dem illud, sed in diem duntaxat durans, atque
infrugiferum: hæc sæpè numero præta peruolū-
tes, hyblæarum rosarum, hyacinthorum-
que copia consistit in Thymum asperitimum,
atque

Melanthio
dictum a
cuium.

Diogenis
tragædia.
Pronūcia-
tio molli-

Dionysium
quomodo
soluerit Ci-
tharædo.

Oratores
debet imi-
tari Apes nō
σεφελόκους.

atque gustus acerrimi deferuntur, 'eique affi-
dent mel meditantes flauum: perceptoque v-
tuli succo ad suum reuolant opus. Eo itaque
modo debet syncerus, artisque studiosus au-
ditor omittere florida, & luxuriosa verba, ref-
que ad actiones scenicas, aut spectacula perti-
nentes, easque putare pro pabulo fucorum so-
phisticem ambientium: animo autem in ipsos
orationis sensus penetrare, intentionemque di-
centis, & quod vile est, atque commodum ad
se trahere.

CONDEMNATIO SICCORVM.

Cornelij Taciti Censura.

CAPVT XXV.

EGO autem oratorem sicut locupletem, ac
laudatum patrem familiar, non eo tantum
volo recto tegi, quod imbrem, ac ventum ar-
ceat, sed etiam quod visum, & oculos dele-
ctet. Non ea solum instrui suppellectile, qua
necessarijs vsibus sufficiat, sed sit in apparatu
eius, & aurum, & gemmae: vt sumere in ma-
nus, & aspicere saepius liceat: quaedam vero
procul arceantur, vt iam obliterata, & olen-
tia: nullum sit verbum velut rubigine infe-
ctum, nulli sensus, tarda, & inerti structura in
morem annalium componantur, fugiat foe-
dam, & infulsam scurrilitatem, variet compo-
sitionem, nec omnes clausulas vno, & eodem
modo terminet. Nolo irridere rotam for-
tuna, & ius veritatum, & illud tertio quoque
sensu in omnibus pro sententia positu esse vi-
deatur. Nam & hoc inuitus reruli, & plura o-
missi, quae tamen sola mirantur, atque exprimit
hi, qui se antiquos oratores vocabant, nemin-
em nominabo, genus hominum signasse con-
tentus: sed vobis vtique versantur ante oculos,
qui Lucilium pro Horatio, & Lucretium pro
Virgilio legunt, quibus more prisco apud
iudicem fabulantes, non auditores sequun-
tur, non populus audit, vix denique litigator
perpetitur: adco macti, & inculti illam ipsam,
quam iactant sanitatem infirmitate, & ieiunio
consequuntur. Porro ne in corpore qui-
dem valetudinem medici probant, quae ani-
mi anxietate contingat. Parum est aegrum
non esse, fortem, & latum, & alaxrem volo.

Cornel. Ta-
cit. in dia-
log. de claris
ora. or. bus.
Orator de-
bet esse sicut
locuples Pa-
nias.
Ornatus
orationis.
Verborum
delectus
compositio.
Scurrilitas
fugienda.
Esse viden-
tur.
Claufula
periodorum.

Valetudo
bona qua?

Prope abest ab infirmitate, in quo sola sanitas
laudatur.

De vera, Germanaque Eloquentia.

CAPVT XXVI.

AGE quoniam tibi orationis vitia subie-
cimus, germanae eloquentiae virtutes, &
opulentiam contemplemur, quae non modo e-
orum, quae superius enumerati vitiorum ca-
lignae non offunditur, sed clarior ipsa, & illu-
strior: non secus, ac sol erumpens ex nube ap-
parebit. Pausanias Lacædemoniorum Impe-
rator (vt aiunt) victo Mardonio, quem Xer-
xes e Græcia fugiens luctuosi belli vicarium
reliquerat, regiam suppellectilem: contempla-
tus, quae in suam venerat dititionem, iubet con-
tinuo Pistores, ac coquos Persarum, sibi Xer-
xis, aut Mardonij cenam parare: ex aduerso la-
conicum prandium parabili admodum cul-
tu instruit. Ita ex vna parte aurum, argentum
conchiliata vestes, & Attalicæ, lecti, elegantes,
sexcenta fereula, & sumptus infiniti. Ex altera
vasa Samia, Ijoneum sedile, hœdine pelles
detrictæ, & nigrum phiditorum iusculum.
Non placent hæc prandia, quorum vnum luxu
diffluit. Alterum Cynici Diogenis est potius,
quam Imperatoris. Desiderassem ego tertiam
mibi mensam poni, neque Cynicam, neque
nepotinis sumptibus prodigiosam, qualis est ap-
ud Plutarchum in conuiuio sapientum. Tale
mibi eloquentiam quero, neque tumidam,
neque luxuriantem, neque insanam, neque ste-
rilem, aut enectam, aut dissolutam, sed grauem,
& magna dicendi temperie moderatam. Ne-
que vero longè quærendam, huius idem tibi
Plutarchus offert. Sicut igitur, inquit, orationis
formam theatralem, nimisque tragicam iussit,
ita rursus iubeo nimiam dictionis humi-
litem, atque exilitatem attentè vitare, atque
fugere, nam & nimio turgens fastu ad res
ciuiles inepta est, & nimis gracilis, nihil habet
ad percellendum roboris. Ac sicuti corpus
non sanum modò, sed & firmo habitu esse o-
porret: sic oratio non morbo tantum carere,
sed & vires habere debet, tuta enim laudantur
duntaxat, quae etiam cum periculo sunt con-
iuncta, in admiratione sunt. Eademque est mea
de animi affectione sententia, quem neq; fero-
cem, neque inaudacem, deiectumque esse
conuenit, quorum illud impudentiae, hoc ser-
uili cuiusdam submissioni mentis ansam prabet:

Pausania
Ducis pru-
dens factu.

Persarum &
Lacedæmo-
niorum ca-
na.

Eloquentia
qua expe-
tenda: & de
ea Ciceronis
& Plutarch.
iudicium.

N 3 Artu-

Artificioſum verò eſt, atque accuratum, in omnibus medium tenere.

Sed pleniſſimè hanc nobis eloquentiæ ſpeciem exprimit. Ornatur igitur oratio genere primum, & quaſi colore quodam, & ſucco ſuo, nam vt grauiſ, vt ſuauiſ, vt erudita ſit, vt liberaliſ, vt admirabiliſ, vt polita, vt ſenſuſ, vt dolores habeat, quantum opus ſit: non eſt ſingulorum articuloꝝ: in toto ſpectantur hæc corpore. Vt porro conſperſa ſit quaſi verborum, ſententiarumque floribus, id non debet eſſe ſuſum æquabiliter per omnem orationem, ſed ita diſtinctum, vt ſint, quaſi in ornatu diſpoſita quædam inſignia, & lumina. Genus igitur dicendi eſt eligendum, quod maximè teneat eos, qui audiant, & quod non ſolum delectet, ſed etiam, quod ſine ſatiætare delectet. Ad ſummum optimum eſt illud dicendi genus, quod omnibus, & vbiq; placet.

Eloquentia optimaque

De generibus dicendi, qua in laude verſantur.

CAPVT XXVII.

Atque ad hanc orationis ſpeciem melius eſſe formandam, dicendi genera, & virtutes conſiderabimus, rationeſque, quibus ipſe comparentur ſubiiciemus. Varios numerare ſolent elocutionis characteres, quos varij Rhetores afferunt: nos Ariſtolelem, & Ciceronem, qui omnium optime expreſſiſſe videntur, conſequemur.

Figura dicendi tres vel Eloquentia tria genera.

Figura prima dicendi.

Tres igitur figurae elocutionis numerantur, quas modo formas, modo ideas, modo characteres, modo genera technici nominant.

Prima eſt grauiſ, quæ conſtat ex ſententiarum, verborumque magna, & ornata conſtructione, & vt ait Plutarchus λέγειν, & νομιμάτων & γὰρ ὁμοίᾳ μεγάλᾳ ἔχουσα ἐμψάσεις. Hæc eſt, quæ vt ait Tullius in Bruto, ſonitu magno, curſuque fertur, quàm ſuſpiciunt omnes, quàm admirantur, quàm ſe aſſequi poſſe diſſidunt. Huius eſt tractare animos, & omni modo permouere, hæc modo perſtringit, modo in ſenſu iræpit, modo inſiſtit, ad ſummum tonat, fulminat, & permiſcet omnia. Hoc genere dicendi uſus eſt Cicero, & Demoſthenes.

Secundæ exemplum.

Secunda mediocriſ, quæ aliquantulum demittitur à graui, neque tamen deſcendit ad inſimum. In hoc genere eſt illud exemplum.

(Quibuſcum bellum gerimus, Iudices, videtis, cum ſocijs, qui pro nobis pugnare, & Imperium noſtrum nobiſcum, ſimul virtute, & induſtria conſeruare ſoliti ſunt. Hi cum ſe, & opes ſuas, & copiam neceſſariorum norunt, tum verò nihilominus propter propinquitatem, & omnium rerum ſocietatem, quid in omnibus rebus Pop. Romanus poſſet ſcire, & exſtimare poterant. Hi cum deliberaſſent nobiſcum bellum gerere, quaſo, quæ res erat, qua freti bellum ſuſcipere conarentur? cum multo maximam ſociorum partem in officio manere intelligerent, cum ſibi non multitudinem militum, non idoneos Imperatores, non pecuniam publicam præſto eſſe viderent, non denique vllam rem, quæ res pertinet ad bellum adminiſtrandum. T. lia pierumque apud Liuium, & Caſarem, pulchra quidem, & honeſta, ſed maiſtatem Ciceroniſ non habent.

Tertia attenuata, quæ ad inſimum, & quotidianum ſermonem demiſſa eſt, vt, Nam vt forte hic in balneas venit, cœpit poſtquam perſuſus eſt, deſcriari: deinde vbi viſum vt in aluicum deſcenderet, ecce ibi iſte de tranſuerſo, heuſ (inquit) adoleſcens! pueri tui modo me pulſauerunt: ſatis facias oportet, hic qui id ætatis præter conſuetudinem appellatus eſſet erubuit, iſte elarius eadem, & alia dicere cœpit, hic vix iſdem, inquit, ſine me conſiderare. Tū verò iſte cœpit clamare voce iſta, quæ facile cuius rubores eliceſe poſſet: Ita petulans eſ, atque acer; vt ne ad ſolarium quidem idoneus, vt mihi videtur, ſed penes ſcenam, & in euſmodi locis exercitus ſis. Conturbatus eſt adoleſcens, nec mirum, cui etiam tunc lites ad auriculas verſauerunt, inſperito euſmodi conuitorum.

Tertia

De virtutibus, & formis dicendi.

Ac primum de perſpicuitate.

CAPVT XXVIII.

VT inter prima naſcentis adhuc mundi cunabula ſapientiſſimus artifex rerum, & machinator Deus lucem creauit, rerum omnium pulcherrimam, eandemque iucundiſſimam, cuius aſſatu mundus ipſe torpentis materia, veluti ſegnitiem exuens, ad ſummam

Perſpicuitas prima virtus orationis comparatur et lucem.

mam pulchritudinem effloruit. Pari profecto ratione, si parua cum magnis comparare liceat, orationis artifex imprimis curare debet, ut illi perspicuitas per omnia membra, quasi per orbem caeli, & terrarum, lux affundatur. Haec virtus iure prima statuitur ab Hermogene, & maioris est momenti, quam quisquam putet. Dici non potest, quam multa alioqui industriorum hominum ingenia, dum hanc virtutem quasi plebeiam, atque abiectam despiciunt.

Obscuritas multum nocet stylo.

Auia (vt ait ille) *Pieridum loca lustrantes* à limine veræ, & germanæ eloquentiæ aberrant. Nam cum plerique ad magna nati sint, hoc vnum auent, ut ea dicant, & faciant, quæ supra aliorum vim, & ingenium assurgant. Sed cum in eo tenere modum, res sit vna omnium difficillima; hine facile in tumidos, alienos, frigidosque sensus prolabantur, quos nec vulgus intelligat, nec eruditi, ac prudentes facile probare possint.

Eloquentia maximum vitium obscuritas. Eloquentia aut verba nummis similia.

Sit igitur hoc ratum, quod est omnium, qui modo sincere de optimo genere dicendi sentiunt, consensu, atque scriptis comprobatur: vitium esse in eloquentia, vel maximum à communi hominum sensu aberrare. Res enim perinde se habet, ac in nummis: si quis ijs, qui lege, ac consuetudine recepti sunt repudiatis, veteres Caesarum nummos intrudat, iure ridiculus videatur. Ita profecto expulsi sunt, qui ab vltimo dicendi genere digressi, nouas, & obscuras Parnassi vias meditantur. Quo in genere errant sapius adolescentes, qui ab historiarum lectione, aut Philosophia, aut ipsa etiam Theologia recentes, in orationibus, & concionibus, vbi res tota popularis est, ad speciem doctrinæ auent res obscuras plena manu inferre, donec auditorum ingenia obruant, & summis omnium fallidijs adhærescat oratio. Contra, prudentiores, hæc quidem bene intellecta digerunt, & pauca ex multis, eaque ad rem summa dexteritate decerpta, suauitate orationis condiunt, quo plebeijs etiam auribus facilius, atque si uelutius in stiliant. Et hoc fit per σαφήνεια, quam nos perspicuitatem vocamus.

Dubius autem rebus consistat perspicuitas, puritate, & rerum discretione. Puritas, quæ καὶ καθαρότης λόγου dicitur ab Hermogene, spectatur in sensibus, in verbis, in circumscriptione verborum. *Sensus imprimis* debent esse communes omnium, qui facile in mentem, cogita-

tionemque cuiusque veniant, vel certe venire videantur, per se nudi, & cogniti, sine vlla obscuritate, aut affectatione, ut præcipit Hermogenes. *Ενωται τοινυν εἰς ἡ καθαρὰ καὶ κοινὰ πάντων, καὶ εἰς ἅπαντας ἀνελεύσασαι ἢ δοξάσαι ἀνελεύθειν, σαφῆς ἀφ' ἑαυτῶν οὔσαι, καὶ γνώριμοι, καὶ μηδὲν ἔχουσαι βαδύ μηδὲ περινεοκλήνον.* Primum igitur requirit, ut sensus sint communes, intelligentiæ faciles, aut qui saltem tales videantur. Plerique enim magna sunt felicitate præditi, qui res alioqui per se arduas, & impeditas tam enucleatè distinguunt, ut planas cuique, vel mediocriter erudito faciant. Hoc est dicere rara communiter, & communia rariter, quod Dei donum in D. Ioanne Chryostomo luculentissimum semper extitit. Quippe vir ille lenissimis moribus, & summa ingenij facilitate, cum à puero omni elegantiori literatara perpolitus, & in Theologicis felicissime versatus esset, recondita sacratum literarum mysteria multis, ut solent, difficultatum nodis implicata, tam explicatè dissoluit, tanta sententiarum, & verborum perspicuitate illustrat, ut lucis radios, cum verbis ipsis in mentes spargere videatur.

Chryostomi perspicuitas.

Verba quoque sensibus accommodari oportet, eaque clara esse, rotunda, & vsu trita comuni, ex quo Antiquarij nostri superioribus capitibus exagitati, longè sunt ab omni perspicuitate orationis seiuncti. Periodi ipsæ angustis circumscribendæ limitibus, nihil est enim æquè impeditum, ac longa circumscriptio verborum, quæ rudum intellectum citius obruit, quam intelligatur.

Verba.

His vbi puritas orationis per texta principis fuerit, adhibenda in dispositione apta rerum collocatio, ut omnia ordine dicantur, ne pes capiti, aut pectus cruri iungatur; sed pulchra membrorum compage totum corpus exurgat. Quod ut facilius assequamur, duas figuras notat Hermogenes, ad perspicuitatem percommotas, Transitionem, & Ratiocinationem. Transitione ab vno ad aliud, cum ordinis dignitate gradimur. Ratiocinatione interrogamus nosmetipsos, & rationes facti subijcimus: Sic Demosthenes sapè, τὴν ὁδὸν ἐνεκα ταῦτα λέγω: καὶ πῶς εἶναι, & διὰ τὴν ἰδέαν

Dispositio.

Proxima est huic virtuti ea, quæ dicitur ab Hermogene

ἄλλοθι δὲ λέγεται.

Her-

ἀληθινός λόγος

Hermogene ἀληθινός λόγος. oratio scilicet, in qua vera, simplices, ac nuda omnes sunt sententiae, sine vlla artis affectatione, quae saltem appareat: cuius usus ad persuadendum est maxime efficax, ad delectandum autem nihil, aut parum habet suavitatis.

De grauitate Orationis.

CAPVT XXIX.

Grauitatis omnes amatores.

Grauitatem dicendi omnes affectant, natura ipsa ad ea, quae sublimia sunt propensione quadam impellente: Verum grauitatis viam non omnes norunt, quo fit, vt potius in inflatum dicendi genus multi prolabantur, quam assurgant ad solidam speciem maiestatis.

σιμνότης.

Haec grauitas à Graecis σιμνότης appellatur, spirat enim aliquid augustum, & animòs magnificentissima quadam rerum specie totos implet, & rapit: Constat autem rebus, & verbis, neque enim licet grauitatem in leuibus claufulis sectari, nisi quis ineptias effutire velit: Grauia primum oportet esse argumenta, per quae grauitas orationis excurrat. Sunt verò illa in quatuor distincta species, vt in hunc locum notauit Hermogenes. Primum sermones de Deo grauissimi sunt omnium, non quales à Poetis finguntur ineptiarum plenissimi: sed qui ex optima veritatis disciplina proficiuntur. Graue est illud Platonis, vbi ita agit de Deo. Α γαῖος ἦν, ἀγαθὸν ἴσθ' οὐδὲν ἐγγί- νεταί φθόνος. Bonus erat, bono verò nullam ob rem inest inuidia. Haec Cicero mirificè insinuat in Miloniana, vbi Clodium fato quodam, & Dei voluntate interfectum eum cupiat ostendere, altius è Philosophia repetit de prouidentia Dei sermonem, & ad forense dicendi genus accommodat incredibile orationis magnitudine, & suauitate.

Grauium argument. 4. species. Hermog. περὶ ιδ. lib. 1.

Deus. Plato in E. mag.

Prouidentia Dei.

(Est, est profecto illa vis neque in his corporibus, atque in hac imbecillitate nostra, inest quiddam, quod vigeat, & sentiat, & non inest in hoc tanto naturae tam praeclaro motu. Nisi forte idcirco esse non putant, quia non apparet, nec cernitur, perinde quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua prouidemus, qua haec ipsa agimus, & dicimus, videre, aut planè qualis, aut vbi sit, sentire possumus, ea vis est, ea est igitur, quae saepe incredibiles huic vrbi felicitates, atque opes attulit, & cetera.

In secundo genere grauitatis sunt, quae ad

yniuersi naturam, & mundi oeconomiam attinent, quae vbi splèdida, & illustri oratione explanantur, speciem ingenerant admirabilitatis. Sic in Plato in Timaeo. ἢ τὸ παντὸς περιόδου, ἐπειδὴ συμπεριέλαβε τὰ γένη κυκλοστροφῆς οὐρα, &c. Cic. in Somnio. (Noem tibi orbibus, vel potius globis connexa sunt omnia: quorū vnus est caelestis extimus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse Deus arcens, & continens ceteros, in quo infixi sunt illi, qui voluntur stellarum cursus sempiterni, cui subiecti sunt septem, qui versantur retro, contrario motu, atque caelum, ex quibus vnum globum possidet illa, quam in terris latitantiam nominant, & cetera.

Mundum res naturales grauiorem assuetudinem orationi.

Synef. hymn. 1.

Sic Synesius in hymnis. Πολυκύμων Ἰεῦ θλάς, Ἐκάλο Ἰενοῦτον αἰθῆρ, Πυρὸς ἐμβεβῶς ἀέθρα, Ἴνα κυδῆμα Σελάννα, Πομάσαν ἀντροχὰ τέμνη, Φλακταντὸς ἠὲ λυλ, Τεχίτ' ὀπισθὸν αἰθήρ, Ἴγνις ἰνσίδης ὑψιτάτη, Ὑβὶ clarissima Luna, Ἴμυμ ὀρβὴν ἑκαί.

Tertio grauia sunt, quae natura ad diuinitatem accedunt, qualia sunt, quae de immortalitate animae, & iustitia differuntur: Sic apud Platonem de lege, νόμος ἐστὶν εὐρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, & cetera eiusmodi ἀξιώματα, atque γνωμολογία, quae eo plus habent auctoritatis, quo ex grauioribus fluunt auctoribus.

Lex immutabilis.

Quarto, quae humana sunt, sed magna sensu, & opinione hominum, vt bella, expeditiones, pompa, triumphus, & cetera id genus.

Ex his patet, quàm latum dicendi campum habeant sacri oratores, quibus omnes de Deo, & diuinis rebus instituuntur sermones, è quibus orationis grauitas ingens potest assurgere. Et hoc in materia. Genus tractandi potissimum spectatur in figuris, & verbis simplicibus; Figura, seu virtutes grauitatis comites sunt asperitas, vehementia, splendor, vigor, circumducta loquutio, quae omnia in Demosthene, & Cicerone peculiariter quodam modo continent.

N.N.

R. N.

Gravitas Aristides περιειρημένους eandem dieis eribus
quibus constare rebus γνόμῃ, χήματι, ἰπαγγιλίῃ. hoc est
sensibus magnificis, figuris appositis, dictione le-
vissima.

De asperitate.

CAPVT XXX.

Asperitas Τριχέτης Asperitas in sententijs spectatur,
quid? & verbis. Sententiae asperae sunt, quae mag-
Hermog. de narum personarum habent reprehensionē cum
id. l. i. licentia & ελευθεροσομίᾳ. αὐτὴν μείζονων προ-
Demost. h. σῶπων βλατιμῶσιν ἐχέσαι ἀπὸ λένος τ' ἐλατ-
περι τῆς τόνων προσώπων ἀπαρὰ γλῶσσης, inquit Her-
Asperitas mogenes. Tale est illud Demosthenis. Εἴπερ
Demost. τὸν ἐγκέφαλον ἐν τῆς κροτάφοις ἀλλὰ μὴ ἐν
ταῖς πτέρυγαις καταπεπτημένον φορεῖτε.
Idem 4. Si modò cerebrum intra capitis septa, non
Philipp. in calcibus pedum occultatum, & quasi or-
prießsum haberetis. Et Ἀλλὰ Μανδραγόραν πε-
πρωδῶσιν ἢ τοι φάρμακον ἄλλο ταῦτον εἰκόνα-
ρεν ἀνθρώποις. Similes videmur ijs, qui Man-
dragoram, aut aliquod huiusmodi poculū ex-
hauserunt. Haec paulo duriora, nec omnibus
oratoribus, maximè verò adolescentibus imi-
tanda. Haec in ore grauium personarum erunt
fulmina: quae si ab alijs nulla auctoritate præ-
ditis dicantur, erunt e pelui fulgura, & inge-
nia potius efferaunt, aut etiam si res tulerit,
risum excitabunt, quam immoderatis affecti-
bus medeantur. Tenaces sunt omnes sui iuris,
ac honoris, nec æquis auribus patiuntur se cō-
tēni: maximè verò, qui sibi oñ dignitatem cupi-
unt honorem haberi, teneras nacli sunt auricu-
las, quas facillè est irritare, placare difficile. At-
que in eo artificiosior est Demosthene M.
Tullius, qui in reprehensione grauium perso-
narum, aculeatam orationem, magna statim
prudentia mitigat. Haec aspera sunt contra ig-
naviam grauißimi senatus dicta. (An me cen-
seis P. C. quod vos inuiti sequuti estis decre-
turum fuisse, vt Parentalia cum supplicationi-
bus miscerentur? vt inexpiables religiones in
rempub. inducerentur? vt decernerentur sup-
plicationes mortuo? deinde, Ego verò eam
sententiam dixissem, P. C. vt me aduersus
Populum Rom. si quis accidisset grauior reip.
casus, si bellum, si morbus, si fames, facillè pos-
sem defendere, quae parim iam sunt, partim
iuncto ne impendant.) Verum grauiā, & as-

Asperitas
quid?
Hermog. de
id. l. i.
Demost. h.
περι τῆς
ἀλλ' ἂν ἴδῃ.
Asperitas
Demost.

Idem 4.
Philipp.

Asperitatis
considerata
ratio esse
debet.

Non conne-
nit adol. s.
sentibus.

Nobilium
genus irri-
tabile.

Asperitas
Cicronis
prudens.
Cicero. i.
Philipp.

pera statim leniuntur. (Sed hoc ignoscant Dñ
immortales velim, & Populo Ro. qui id non
probat, & huic ordini, qui decreuit inuitus)
Quid hac oratione excelsus? quid ad castigand-
um mitius? est ita tamen suauiß, vt sit fortis,
& salubris. Adde aliud genus asperitatis. (Quod
si iam, (quod Dij omen auertant) fatum extre-
mum reipub. venit: quod gladiatores nobiles
faciunt, vt honestè decumbant, faciamus nos
principes orbis terrarum, gentiumq; omnium,
vt cum dignitate potiùß cadamus, quam cum
ignominia seruiamus.) Vides vt asperitas, hic
honestißimo titulo mitigatur. Longè illa mag-
is persuadent, quam quae habet Demosthenis
grauitas, Mandragoram bibifßis, aut cerebrum
in calcibus haberis.

Philipp. 5.

Asperitatis
figura, &
adiuncta.

Figura im-
peratoria.

Asperitatem istam comitantur, vt notat Her-
mogenes χήματα προσωπτικῆ figura imperatiue,
& interrogatiue: vt, facite, auferte, tegite, &
Εἶτα Ολύθιοι ἰσάσι τὸ μέλλον πρέρων, ὑμεῖς
κ' ὄντες Ἀθηναῖοι ταῦτ' ὅτι οὐχὶ φυλάξεσθε.
Olynthij igitur possunt in futurum prospicere,
vos autem cum sitis Athenienses non potestis
haec cauere?

Ex eo gaudet haec virtus incisus, quae rotat,
cum magna celeritate. Οὐκ ἐμβρομέθα οὐκ ἐ-
ξίμεθ, οὐκ ἐπὶ τὴν ἐκείνου πλευσόμεθα. Non
classeni conscendemus? non exhibimus? non in
illius regnum nauigabimus? Verba quoque
debent esse grandia, & aspera, sine vlla expoli-
tionis affectatione. Nihil enim tam a ratione a-
licnum, quam in istis incensis obiurgationi-
bus lenocinantis facundiae quætere delicias. I-
taque Thuecidides de industria, vt notat De-
metrius Phaleicus, affectat asperitatem, & tam
plerumque durus est, vt videatur quasi tor-
rens ad scopulos allidi.

Incisa pro-
pria asperi-
tatis.
Dem. 11. b.
Phil. pp. 3.

Haec virtus magnorum est authorum, non
cuius semper imitanda, maximè verò iu-
uenibus, a quorum aetate videretur aliena. Quan-
quam alia in sacris concionibus apud populum
ratio, apud quem verba etiam grauior, & honestè
dicta, plerunq; tantum possunt, ac si corio
elephanti aciculam impingas, arguendum, in-
crepandum, vt Dei spiritus suggererit, cum
omni tamen patientia, & prudentia, cuius sale,
nisi verba, & actiones condita fuerint, parum
certè proficiunt. Præpotens ille Deus, qui a-
pud sanctum Iob facit ventis pondus, armat
oratores, & linguas concionatorum, maximè
eorum, quos huic muneri destinauit, & quibus
per Esaiā dixit, in gutturo tuo sit tuba, quasi a-

Asperitas
concionum
quæ?

Esai. 3.

quasi a-

quila super domum Domini . Clament illi nec
cessent, non egent multum rhetorum præcep-
tis, qui satis vñctione spiritus edocentur,

De vehementia.

CAPVT XXXI.

Vehemen-
tia quid?

ASperitati, vt plurimum affinis est vehe-
mentia, quæ ab Hermogene *σφοδρότης* ap-
pellatur, differtque ab asperitate, quod illa etiã
in amicos, hæc in aduersarios, & hostes tor-
queatur: illa mitius agat, & lenius, hæc om-
niò duriter, & asperè, sine vlla dissimulatio-
ne verborum. Itaque tota est in inuecti-
uis posita, in quibus plurimum grauitatis ef-
se solet, & in hoc genere natura ipsa ad sui
defensionem arma suggerente triumphant sũ-
mi oratores, qui nusquam melius dicunt,
quam cum maledicunt. Singularis est in in-
uendo Demosthenes, sed nec minor Cice-
ro, quanquam ille validius amentatum linguæ
telum intorquerè videtur, hic *ἰσχυρὸν* laxior,
vt solet, & amplior. Demosthenes contra A-
ristogitonem ita inuicitur. *Οὐτὸς οὖν αὐτὸν*
ἐξαιτήσεται: ὁ φαρμακὸς, ὁ λοιμὸς ὃν οἰωνίσαι
τ' ἂν τις μᾶλλον ἰδῶν ἢ προσεπέειν βέλοιο.

Vehemen-
tia exempla
ex Cicero
& Demo-
sthenes, &c.
Demosth.
contra A-
rist.

Hic igitur illum sua intercessione periculo
eripere poterit: veneticus homo, pestis rei-
publicæ, quem abominetur potius aliquis si-
mul, atque aspexerit, quam vt velit appellare.
At Cicero in Vatinius. Appellaris nẽ nomi-
natim pestem illius anni, furiam patriæ,
tempellatam reipub. Clodium. Hæc strictius.
At quàm magnificè in simili ratione supra De-
mosthenem amplificat contra eum, qui se pro
alio intercessurum dixerat, cum ipse esset fa-
mosissimus, satis fuit Demostheni dixisse.

Cicero in
Vatini.

Ἐμνήστεται, ὁ φαρμακὸς, ὁ λοιμὸς. In simili,
inquam, genere Cicero, cum dixisset Clodius
se domum Ciceronis religiosam fecisse, ille
retorquens longè ornatius, & diffusius. Tu meã
domum religiosam facere potuisti: Ecqua me-
rei qua inuaseras, qua manu? qua disturbaras,
qua voce: qua incendi iusseras, qua lege? quam
ne illa quidem impunitate tua scripseras, quo
puluinasti? quod stupraras, quo simulachro?
quod ereptum ex meretricis sepulchro in
Imperatoris monumento collocaras. Longè
hæc grauiora, quam si dixisset breuiter, vt

Cicero de A-
rist. resp.

Demosthenes. Domum meam purgabit
ὁ φαρμακὸς, ὁ λοιμὸς. Deinde illud *ἢ οἰωνί-
σαις*, quem detestabantur omnes (vult homi-
nem maximè contemptum oculis subijcere.
Quanto magnificentius dixit Cicero, abiectũ,
edemptum, despectum à cæteris, à te ipso de-
speratum, & relictum, circumspèctantem
omnia quicquid increpauisset pertimescentem,
dissidentem tuis rebus; sine voce, sine liberta-
te, sine autoritate. In oratione pro corona
grauius Aschinem perstringit his verbis.
Ἐπειτα ὁ κατάρατε καὶ γραμματικοφύων.
O homo execranda, & incurue scriba. Et,
ἀλλὰ μὴ σπερμολόγῃ, περιτεμματα ἀγορᾶς,
ὀλεθρὲς γραμματεὺς, & non potius author
mendaciorum, forensis tabula, pestilens scriba
(quæ Græci tanti faciunt) quàm luculentius
Cicero Pisonem, Clodium, & M. Antonium
exagitat! *Syrus nescio quis de grege nouissiorum.*
Non enim nos iste color seruilis, non pilosa gena, nõ
dentes putridi deceperunt, &c. innumera.

Demosth.
pro corona.

Patres Ecclesiæ, tum Græcicum Latini, tum
hunc stylam aculeatum, plerumque in impro-
bos, & flagitiosos distringunt summa libertate,
in quibus est animaduertere magnam vim e-
loquentiæ. Lubet ex multis hæc grauitatis e-
xempla apponere. Audi qua oratione Con-
stantium Augustum insectetur Hilarius. Pro-
clamo tibi, Constanti, quod Neroni loquutu-
rus fuissè, quod ex me Decius, & Maximianus
audirent. Contra D. u pugnans, contra Ecclesiã
sæuis, sanctos persequeris, prædicatores Chri-
sti odis, religionẽ tollis, tyrannus non iam di-
uinorum, sed humanarum, Christianũ te mē-
tiris, Christi nouus hostis es, Antichristum
præuenis, & arcanorum mysteria eius operaris.
Condis fidem contra viuens: doctor profano-
rum es, indoctus piorum: Episcopus tuis do-
nas, bonos malis demutas: Sacerdotes custodię
mandas, exercitus tuos ad terrorem Ecclesiæ
disponis.

Demosth.
pro corona.

Patres in
Ecclesiã
vehemen-
tes.

Hilarius
contra Co-
stantium
Augustinum
vehementi-
ter.

Constanti-
us impietas
exagitat.

Omnia sœuissima, sine inuidia gloriosaurã
mortium peragis, nouo, inuaditoque ingenij
triumpho, de diabolo vincis, & sine martyrio
prosequeris. Plus crudelitati vestra Nero, De-
ci, Maximiane debemus, diabolum enim per
vos vicimus. At tu omnium crudelitatum cru-
delissime, damno maiore in nos, & venia maio-
re defauis. Subrepis nomine blandientis, oc-
cidis spēcie religionis, impietatem pera is.
Christi fidẽ, Christi mendax prædicator extin-
guis. Nõ relinquis saltẽ miscus excusationes,



et aeterno iudici suo penas; & aliquas laniatorum corporum praeferant cicatrices. Sceleratissime mortalium omnia perfectionis mala, ita temperas, vt excludas, & in peccato veniam, & in confessione martyrium.

Hae fulmina sunt. Quid vero ipse Hieronymus nemini in hoc stylo inferior, quomodo Iouiniam exagitat?

D. Hiero.

lib. 2. aduersus Iouinianum vehementer.

Iouinianus

Christum

Zenone

commutat.

discobolus

et Laodicea

ornatus.

Modis descriptio.

Aquaticus

luc.

Idem in

Sabinianum.

Sabinianus.

Miror quomodo serpens lubricus, & Proteus noster, in variarum se mutat portenta formarum. Qui enim in coitu, & in turritate Epicureus est, subito in retributione meritum Stoicus efficitur. Hierosolymam Cithio, Iudaam Cypro, Christum Zenone commutat.

Ante nudo eras pede, modo non solum calciato, sed & ornato. Tunc pexa tunica, & nigra subucula vestiebaris, fordidatus, & pallidus, & callosam opeve gestitans manum, nunc lineis, & sericis vestibus, & A rebarum, ac Laodicea ornatus indumentis incedis. Rubent buccae, nitet cutis, conae in occipitium, frontemque torrantur: protensus est aqualiculus, insurgunt humeri, turgit guttur, & de obesis faucibus vix suffocata verba promuntur.

Et quo stylo Sabinianum perstringit epist. III? (At tu bonae spei columen, exceuae stimulis inflammatus factus est mihi in arcum peruersum, & contra me conuiciorum sagittas iacis. Inimicus tibi factus sum vera dicens. Non doleo de maledictis. Quis enim nesciat, nihil nisi flagitiosum tuo ore laudari, hoc plango, quod te ipsum non plangis, quod te non sentis mortuum, quod quasi gladiator paratus Libitinae in proprium funus ornaris, & caetera. Diuus quoque Bernardus fluens alias lactea styli amoenitate, ubi agit in hostes religionis, & virtutis suis aculeis non caret. Aduerte vt in pseudolegatum Antipapae rem gerat in quadam ad Episcopos Galiae epistola.

D. Bernard.

contra falsum legatum Antipapae

diuacletum

inhibentia.

Quid nisi ante oculos vestros conantur, si patimur proscribere Christum? Iam nouus apud vos suo Papae eudit legatus Episcopus, ne soli sit sibi Papa. Nec mortuis successores; sed viuis inuafores tyrannica fretus potentia super intrudit.

Nunquid autem talia gratis legatus actit pro Papa suo. En ille totam, vt is gloriatur, Franciam, atque Burgundiam legationi eius antiquae superaddidit. Potest & adiungete si vult Medos, & Persas, & medios fines Decapoleos. Quare non & ultra Sauromatas, & quaeunque denique locum calcauerit pes suus, suus si, quo rei vacuis nominibus gloriatur, O

homo non minus sine fronte, quam sine mente, nec Dei memor timoris, nec suae honestatis, & caetera. Quid Diuum Gregorium Nazianzenum in Iulianum, & caeteros commemorantem cum quibus profani non mihi videntur comparandi.

Hae virtus incitatur potius excessu animi vigore, & iustae iracundiae stimulis, quam a praecipis pendeat. Obseruandum tamen non temere hoc genus dicendi admittendum, sanari multa diata, quae nequeunt Chirurgia, mausuetiora semper placere consilia, parum honestum videri apud sapientes iuxta, hae tela contra improbos peruicaces, & obstinatos necessitate distringenda, cum alijs remedijs sanari non possint. Praeterea curare oportet, ne extrinsecus maledicta sumantur, sed ea quae generosam grauitatem spirent. Licetius autem in istis feratur oratio, & plerumque etiam in calore ingenij noua verba comminiscitur, vt sunt illa Demosthenis *καμφορα* & *χαμματούφωρα* quae nunquam dixisset, nisi iratus. Periodi curandae non sunt: nam si in hoc genere periodos elabores, perinde est (inquit Demetrius) ac si vinctum hominem pugnare iubeas.

Vehemens

(107) 2716

ἀντιπρω

υμν

Vehemens

τα νοσ

φέσας

ο

ριουος.

Demet.

Ph. d. in libo

περι ερμηνε.

De splendore.

CAPVT XXXII.

Tertia virtus grauitatis ea est, quae ab Hermogene dicitur *καμφορις* splendor, qui fit vbi orator nonnulla de se, & suis rebus gestis magnifice praedicat. *ἐπι τοῖς διαπραξέσσι τῶν γὰρ καὶ ἐπ' οἷς ἐστὶ λαμπρότης ὡς ἀληθῆς.* Nota ea tantum commemoranda, quae veram, & solidam gloriam habere existimantur, alioqui, si quis se ob rem modicam iactantius effrat, plus concitat risus, quam sibi conciliat grauitatis, & cum omnis de proprijs laudibus sermo ferme sit auditoribus importunus, tum maxime is, qui virtutis, & gloriae fundamentum non habet.

Splendor.

Hermog.

περι λαμ.

λαμ. τρι

prudens.

Ex quo dubium esse poterit, an ad grauitatem pertineat, sua commemorare, cum omnes fere tam sint alienarum laudum impatientes, quam suarum auidi. Vt cum vbi causa postulat, & ea sunt ab oratore gesta, quae sinceram laudem mereantur, non est vanum commemorare, imo saepe multum gratiae, & venustatis habet, modo aurea mediocritate temperetur. Atque in eo fatendum est Demosthenem saepe Cicero praestitisse, ille enim grauius admodum,

Caus suis

quand. pos-

ss.

Demosthe.

es p in

uis inadi-

onus p. c. 105.



re simul copulantur, & variè miscentur, de quos alibi fufius.

Secunda est *λίγνης* exaggeratio rei maximè per adiuncta, cum gravitate orationis, quale est illud. (F. cinus est vincere ciuem Romanum; scelus verberare, propè paricidium necare: quid dicam igitur à cruce tollere?) Hec in eodem loco commorans rem expendit, auget, & in summam, quam potest magnitudinem attollit.

Tertia est *πρῶτων & κατασκευῶν ἐπιβρασις*, Rerum, & constitutionum frequentatio, atque corroboratio, cum loco firmissimo, quo tota caussa continetur, manetur diutius, & eodem sapius reditur, qui locus tanquam sanguis per totum corpus orationis diffunditur.

Quarta *ἑπινομιᾶ ἐργῶν ἢ παθῶν*, factotum, affectuumque prudens distributio. Vbi totum aliquid in partes exquisitè digeritur, & singillatim omnia expenduntur, tum variorum affectuum figuris, ut res tulcrit contemperantur. Ad summum in locis, & figuris tota amplificatio sita est, de quibus libro septimo dicitur. Hæc est virtus *πρῶτων* que ad gravitatem, & magnitudinem orationis maximè attinet. Nam etsi breves orationes, nec diffusius ei cumdum plus habeant aliquando amœnitatis, plenæ tamen illæ, & vberes maiori dignitate præditæ sunt. Sed cavendum maxime, ne amplificationis studio, tum in prolixitatem, tum etiam in puerile dicendi genus delabamur. Nihil enim ad nauseam excitandam efficacius, quam si res, & communes, & notæ, nec adeo speciosa, communium locorum, frigidarumque locutionum congerie amplificentur, hoc maximè sæculo, in quo aures potius rebus, quam verbis pascuntur.

De methodo gravitatis.

CAPVT XXXV.

Longinus
περί ἱστορίας
Γαλιανῆς
methodus
quæ q. e. re
bim constat.

Grandis oratio in genere quinque rebus constat, quas Longinus *πρῶτες ἐπινομίας γονιμωτάτας* fontes grandiloquentiæ vberri- mos nominat. Prima est *τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἀδρεπήβολον*, quod interpretor sensuum, & inuentionum vim, prudentiam, sapientiam, fecunditatem. Qualis est in Homero, Demosthene, & Cicero, quæ virtus maximè ex bonitate ingenij dependet.

Secunda, *σφοδρὸν & ἐπιθυμητικὸν πάθος*, vehemens, acris, & furore quodam incitata affectio, in quo errant, qui furorem tantum Poetarum esse dicunt. Nam ad graues illos quoque, & vehementes oratores pertinet. Testis & ille Galba, qui cum causam meditari- retur, plerumque ita incendebatur animo, ut vis caloris in corpus redundaret, & vultu rubore perfuso, scintillantibus oculis, quasi à sensibus abreptus, seruos etiam literatos operis ad- ministros in isto animi impetu multaret. Quæ obrem vehementer apti sunt ad eloquentiam, qui faciles sunt ad suscipiendas rerum imagi- nes, & ad conservandas tenaces ipsdem vehe- menter afficiuntur, fateatur ipse Cicero sibi perorationes impetu quodam mentis flue- re.

Tertia est in temperie figurarum earumque illustrium, ut Descriptionis, Amplificationis, Iurifurandi, Interrogationis, Parabolarum, Iconum, &c. quæ commemorantur à Longino.

Quarta, est *γενναῖα φράσις* dictio generosa, & grauis tropis, non tamen affectatis, aut vi- olentis illuminata, sed grandis, simplex, rotunda, à puerili cultu aliena.

Quinta, est *συνῆχη ὀνομάτων* compositio, & numerus, atque is etiam affectationis expertus, & plerumque de industria incuriosus.

De pulchritudine & suauitate styli.

CAPVT XXXVI.

Pulchritudo, quæ *κάλλος*, & *ἑπιμέλεια* dicitur ab Hermogene, est singularum ora- tionis partium, cum coloris suauitate concin- nitas. Laxius Hermogenes, *κάλλος* *ῥησιγνώ- τω τὸ ἐν λόγῳ κυρίως μὲν ἀνέη, τὸ ἐκ πάντων τῶν ποιούντων τὰς ἰδέας αὐτῆ πάσας ὄσον ἐνοιαῖον, μεθόδων, λέξεων & ἑτοιμῶν εἰσρμο- σον, & σίμμεζον, μετὰ τὴν ἐπιφανομένην δὲ ὄλη τὴν λόγον ποιητικὴν, ἢ ὡς μίαν προπέ- σης τῆ ἰδέα κατὰ πῶρον ἐν σώματι χρώμα.* Ex quo intelligas duos esse genera pulchritudi- nis. Est enim vnum omnibus sui partibus con- cinnum, atque aptum: utpote sententijs, eatum tractatione, verbis, ornamentis, membris, com- positione, clausula, numero: Alterum est com- positum, & comparatum, quod *λεγαλλοπισμένον* dici.

Pulch. duo
ge. sta.

dicitur, quo insignioribus partibus elucet cum ornatu decoro, & florido.

Sophistarū
Stylus
Cicer. in
Oratore.

Is est stylus, quem sophista, seu magistri eloquentia consecrati sunt, qui omnia ad delectationem retulerunt, qui longe distent à graui illo, & negotioso, seu forensi genere dicendi. Eius omnino est orationis, & artificium quarere, & profiteri, concinnas sententias exculpere, fabulas & historias intexere, verba transferre apertius, eaque ita disponere, vt pictores varietate colorum: Parta paribus referre, aduersa contrarijs, sapissimèque similiter extrema definire. Ad summum totum hoc genus debet esse crebrum acutus sententijs, luauè, affluens, pictum, insignè, inustum calamistris, plenum margaritarum, cum sit ad aurium delicias compositū, quæ omnia in ciuili aut philosophica oratione non parua essent vitia.

Huic generi historia finitima est, in qua, & narratur ornatè, & regio sapè, aut pugna describitur: interponuntur etiam conciones, & hortationes; in quibus tracta quedam, & fluens expetitur, non contorta, & acris oratio. Hoc stylo sunt Heliodori Aethiopica.

Pulchritudinis exempla.

Heliod.

Aethiop. l.

3.

Callist. in Narcisso.

Tale est illud in descriptione Charicleæ, ἦγετο μὲν ἐφ' ἀμοιβῆς ἀπὸ σωμαρίου λευκῆς βοῶν ὄχλουμένη, χιτῶνα δ' ἀλουργοῦ ποδῆρη χρυσῆς ἀκτῆσι χρυσαύσων ἡμίραιο, &c. quæ affectum suo loco. Item Callistrati in Narcisso. πῶς ἢν μᾶλλον δ' ἦθελε ἡλικιωτῆς ἐρωτῶν ἀτραπὴν οἷον δὲ αὐτὸ τὸ σῶματος ἀπολάμπων. Puer erat, vel potius adolefcens coæuus amorū, veluti fulgurum quoddam è corporis dignitate iaculans.

Candaules

Cyges.

Herod. &

Dionys.

πρὸς οὐδέω.

Dionysius

Sophista

Herodoti

narrationē

Atticam

fuit.

Talis illa narratio Herodoti de Candaule, & Gyge satis nota, cuius summam suauitatem miratus Dionysius Sophista, eam ex Ionica lingua in Atticam transfert his verbis:

Γύγη οὐ γὰρ σε δοκῶ πεδεσθῆναι μὴ κέγοντι τὰ περὶ τῶ ἀνδρῶν γυναικός. ὥσα γὰρ τυγαίνας ἀνθρώποις ὄντα ἀπιστότερα τ' ὀφθαλμῶν. ποίει ὅπως ἐκένω δεασὴν γυμνῆν. ὃ δ' μετὰ ἀναβοήσας εἶπεν Δέσποτα πῖνα λέγεις λόγον οὐκ ὀρθῶν, κελεύω. μεδέσσομαι τὴν ἐμὴν δέασασθαι γυμνῆν, ἅμα δ' χιτῶνι ἐκδυμένῳ συνεκδέεται καὶ τὴν ἀδῶ γυνὴ πάλα δ' τὰ παλά δ' εὐρηται ἀνθρώποις δὲ ἐν μανθασθῆν δὲ εἰς οἷς εἰ τὸδε εἶν ἄρ' ἔστιν τινὰ τὰ ταυτῆ. ἔγὼ δ' πάθομαι ἐκένω πασῶν γυμνασθῶν εἰ-

νοῦ καλλίστου, καὶ οὐδέ μοι μὴ χεῖρον ἀνδρῶν. ὁ μὲν δὲ λέγειν ταῦτα ἀπειμαχέτο δ' ἡμίραιο τοῖς δ' ἀρσενί ὄντι, καὶ μὴ φοβῆ μὴ ἐμὸ ὡς περὶ ἀμῶν. ὁ λόγος λέγει τοῦδε. Qui Græca salutarit à limine, agnosceret in istis maximas suauitatis, quæ in narratione esse potest, & structura verborum, delicias. Non dissimile est illud Ciceronis.

Crotoniatū
Cic. 2 de
inuent.

Zenxid.

Helena.

Crotoniatæ quondam cum florent omnibus copijs, & in Italia cum in primis beati numerarentur, templum Iunonis, quod religiosissimè colebant, egregijs picturis locupletare voluerunt. Heracleotem Zeuxis, qui tum longè cæteris excellere pictoribus existimabatur, magno pretio conductum adhibuerunt, Is & cæteras tabulas complures pinxit, quarum nonnulla pars vsque ad nostram memoriam propter fami religionem remansit. Et vt excellentem multæbris formæ pulchritudinem muta in se imago contineret, Helena se pingere simulachrum velle dixit. Quod Crotoniatæ, qui eum muliebri in corpore pingendo plurimum alijs præstare sapè acceperunt, libenter audierunt. Putauerunt enim eum, si quo in genere plurimum posset, in eo magnoperè elaborasset. egregium sibi opus in illo fano relicturum, neque tum illos ea opinio fessellit. Nam Zeuxis illic quæsiuit ab eis, quasnam virgines formosas haberent, illi autem statim hominem duxerunt in palestam, atque ei pueros ostendunt multos magna præditos dignitate. Etenim, quodam tempore Crotoniatæ multum omnibus corporum viribus, & dignitatibus antesteterunt, atque honestissimas ex Gymnetico certamine victorias, domum cum maxima laude retulerunt. Cui puerorum igitur formas, & corpora magno hic opere miraretur. Horum (inquunt illi) sorores sunt apud nos Virgines. Quare, qua sint illæ dignitate, potes suspicari. Præbete igitur mihi quaslo, inquit, ex istis virginibus formosissimas dum pingo, id quod pollicitus sum vobis, vt mutum in simulachrum ex animal exemplo veritas transferatur. Tunc Crotoniatæ publice de consilio, Virgines vnum in locum conduxerunt, & pictori, quas vellet eligendi potestatem fecerunt. Ille autem quinque delegit, quarum nomina multis potæ memoria tradiderunt, quod eius sicut iudicio probata, qui verissimum pulchritudinis iudicium habere debuisset. Hæc oratio venusta est, & magno artificio elaborata.

De



De mixtura celeritatis cum suauitate.

CAPVT XXXVII.

Gorgon animal.

Hector.

Hom. Il. 8.

γοργος.

γοργος πύρι.

καθ' ὅς ἐστι.

μυρον κιν.

πύρι.

lib. 8. q. 8.

Pulchritudo lenta.

Oratio cum forma confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

formam confertur.

Alexander Myndius poctarum figmenta missa faciens, Gorgona animal esse ait quoddam Libyæ quod visu perimat, si quem discussa iuba aspexerit, quod poctarum fabulis locum dedit, qui Gorgonas Phorcys, & Ceti filias terribili aspectu finxerunt. Ex eo γοργόνας φάλμοι dicuntur trucibus oculis præditi, qui δικάπορον πολὺ καὶ εἰδένον habeant. Talis Hector memoratur ab Homero. Γοργὸς δὲ ὀμμάτων ἔχων ἠδὲ βροτολογίῃσιν Ἄρησιν. Ab oculis translātū est à stylo. Nam stylus Γοργὸς appellatur, volubilis, & celer, qui ad pulchritudinem orationis cōducit vel maxime. Nam cum suauitas mollem illam, & pellucidā orationē faciat, ne quid peccet mollicio, Γοργόνας præbet & viam quādam vegetam inspirat. Sicut igitur corporis pulchritudo lenta quædā, & prorsus muliebri non placet, sed vt quæ in viragine Atalanta, apud Aelianū trucis aliquid habeat suauitatis: simili profectō ratione, si totus stylus summa teneritudine mollesceret, nihil haberet dignitatis, quo fit, vt vibratis sententiolis acueudus sit, & distinguendus, & hoc τὸ γοργόν, καὶ ἐν βήτορῳ nominatur. Tale est illud Demosthenis. Νῦν δὲ κακοδαμόνιστι γὰρ ἄνθρωποι, καὶ ὑπερέβαλλον ἀνοίαν: πανόγνε, ἀλλ' ὅμως δὲ σωούς αὐτοὺς εἶναι. συμφύει γὰρ τῇ πόλει. Miseri profectō sunt, & ingrati homines, & vehementer Aulti, sane quidem: verum tamen eos incolumes esse oportet, nam vile est ciuitati. Vides, vt hæc oratio suauitatem habet, cum volubilitate coniunctam.

Hæc virtus clarissima est in D. Hieronymo.

D. Hier. ad Helio.

Quid hoc loco γοργώτερον. Nolite credere, nolite esse securi, licet in modum stagni fufum æquor arrideat: licet vix summa iacentis elementū spiritu terga crispentur: magnos hic cæpus montes habet. Intus inclusum est periculum, intus est hostis, expedite ridentes, vela suspendite, crux anteanne figatur in frontibus: tranquillitas ista tempestas est. Simile est illud Virgilij.

Virg. 4. Aon.

Ferre cæci flammæ, dato tela, impellite remos. Constat autem, vt apparet acutis sententijs, verbis floridis, & inciforum crebra volubilitate.

De acrimonia, & acuto.

CAPVT XXXVIII.

Hic virtuti affinis est acrimonia, quod est acutum vellicans, quale est illud Crassi in Lamiā deformem, audiamus pulchrum puerum. At ille acutē retorfit, vulum mihi fingere non potui, mores potui. Item Virgilij.

Acrimonia quid eius exempla.

Cantando tu illum, aut unquā tibi fistula cerna iuncta fuit.

Cicero de orat.

Plena est hoc dicendi genere oratio πύρι καὶ φάσις contra Aeschinē, ἢ μήτηρ σου τοῖς μεθ' ἡμετέροις γέμοις ἐν τῷ κλισίῳ τῷ πρὸς τῷ πύρι καὶ καλαμίτην ἠρωὶ χρωμένη τὸν καλὸν ἀνδρείαντα, καὶ τριταγωνιστὴν ἄκρον Ἰσθμίου. Mater tua in porricem, aut eliso, cum calamitato herbe diurnas nuptias celebrans, pulchram statuat. & r. rtiarum actorem partium summum te educavit, & illud in ambiguo.

Virg. egl. 3.

Demosth.

πύρι καὶ

καλαμίτην

ἠρωὶ χρωμένη

τὸν καλὸν ἀνδρείαντα

καὶ τριταγωνιστὴν ἄκρον

Ἰσθμίου.

Quis negot Aenea magna de stirpe Neronem? Susulit hic matrem, susulit ille patrem.

Suet. in Nerone.

Alia sunt acumina grauiā, quæ & hoc genus elaboratæ orationis maxime venustat, quibus affluunt Senecæ controuersia. Sed & Patres, vt D. Ambrosius, & D. Augustinus hoc dicendi genus consecrati sunt. Sic D. Ambros. lib. de virginibus, de sancta Agnete. Fuitne in illo corpusculo vulneri locus? & quæ non habuit, quo ferrum reciperet, habuit, quo ferrum vinceret. Nunc furentis mucroni militis totum offert corpus, mori adhuc neficia, sed parata, & nouum martyrij genus nondum idonea penna, & iam matura victoriæ: certare difficilis, facilis coronari: magisterium virtutis impleuit, quæ præiudicium vchebat ætatis.

D. Ambrosius de virginibus.

De methodo suauitatis.

CAPVT XXXIX.

Hæc suauitatis virtus spectatur, vt ceteræ, in rebus, verbis, & structura verborum. Quinque sunt, quæ in rebus pariunt suauitatem, inuisa, inaudita, noua, ad summum quæ permotionem afferunt, & moratæ sunt dicta. Noua dixi, & inaudita, idcirco res omnes fabulose placent, quibus, & summi auctores nonnunquam stylum ad aucupium volu- ptatis aspergunt. Tale est illud Platonis.

Suauitatis methodus quibus rebus consistit.

Plato in conuuiuiis.

Ort.

Porus Me-
tidu si ius.
Abundan-
tia Pruden-
tie filia.

Sappho.

mo-
rata orat.

in te-
x-
ta
Verborum
delectus ad
suauitate.
Vide Dion.
Hal. p. 187.
Cicero in
partitionib.
orat.

Οὗτος γὰρ ἐγένετο ἡ Ἀφροδίτη εἰσιῶντο οἱ ἄλλοι
Dei, καὶ ὁ τῆς Μητιδὸς υἱὸς Πόρος, & quæ
sequantur de Poru filio Metidis, hoc est, vber-
tate, filia prudentiæ. Item in Phædro, quod Ci-
cædæ aliquando homines fuerint, antequam
Musæ extitissent. Proximè delectant, quæ ad
fabulas accedunt, habet tamen speciem verita-
tis, quæ dum recitantur ipsa per motione animi
instillantur suauius. Tertio loco memorantur
ab Hermogene, quæ sensu nobis sunt suauia, vt
vermiculatum syderibus cælum, Camporum
tractus, nemorum ymbra, pellucidi amnium
liquores, neruorum soni, ciborum cupediæ,
auri fulgor, micantis purpuræ decor. Hæc &
similia, dum dicuntur, placent, quia amabilem
sui speciem ingenerat. Quis ista Sapphonis nõ
libenter audiat? Ἀμφὶ δὲ ὕψος ψυχρὸν κελεύει
δὲ ὀσδῶν κηλίαν, καὶ ἀβυσσομένων δὲ φύλλου
κῶμα καταρρεῖ. Maximè autem afficiunt
ἐραλεχὲς ἐπίνοιαι. Et idè Heliodori Æthiopi-
ca, & similes, qui circumferuntur libri, tam
auide leguntur, magno aliquando honestatis
dispendio.

Rerum porò nouitatem, aut voluptatem
necessariò sequitur permotio, quæ in istis nar-
rationibus sc̄lum titillat, et si deoris ipsa fue-
rit, tamen delectat: nam qui tragicos heroum
casus audiunt in theatris, ex ipsis lachrymis
hauriunt voluptatem.

Hæc autem morata oratione omnia tempe-
rari, & quasi animari oportet, hanc Græci
Rhetores ἠδῶ vocant, cuius est decorũ in per-
sonis obseruare, & ynicuique, quod mores, &
ratio vitæ postulant tribuere, qua virtute ni-
hil est in tota eloquentia artificiosius, cui ἰ-
πίναξ solet annecti, quæ modestos, & ama-
biles oratoris mores demonstrat. Res conse-
quuntur verba, & numeri, de quibus ita præ-
cipit Tullius. Suaue genus erit primum ele-
gantia, & iucunditate verborum sonantium,
& lenium: deinde coniunctione, quæ neque a-
speros habeat concursus, neque disinctos, at-
que hiantes: & sit circumscripta, non longo
aufractu; sed ad spiritum vocis apto, habeatq;
similitudinem, æqualitatemque verborum, tum
ex contrarijs sumpta verbis. Crebra crebris,
paria paribus respondeant, relataque ad idem
verbum, & geminata, atque duplicata, vel et-
iam sæpius iterata ponantur, constructioque
verborum, tum coniunctionibus copulerur,
tum dissolutionibus relaxetur.

Primum igitur præcepit, vt verba sint so-

nantia, & lenia, quod multis prosequitur Dio-
nyf. Halic. in libello περὶ σωφροσύνης ἐνομι-
τῶν, & selecta habet exempla, quibus ostendat
antiquos in descriptione rerum suauium, atq;
amabilem lenibus vocabulis vsos, contra in
molestis, aut grauibus nomina ad materiam
accommodasse: quid istis dulcius?

ὄφθαλμοι καὶ κόμας διακεκλιμένω ἀνθεὶ ὁμοίως.
decoram

Casariam nato genitrix, lumenq; inuenta
Purpureum, & latos oculis afflavit honores.

Et illa Platonis in Axiocho, quantam ha-
bent nominum incūditate, ἔθνα ἀφρονοὶ μὲν
ὄρα παρὰ κάρσος γόνυς βρύσει πηγάς δὲ ὀρέ-
των καταρρῶν ῥέουσι. Item Ciceronis, At verò, Plato in Axiocho.
quanta maris est pulchritudo? quæ species v-
niuersi? quæ multitudo, & varietas insula-
rum? quæ amœnitas orarum, & littorum?
quor genera, quamque disparia, partim sub-
mersarum, partim fluitantium, innatantium
belluarum; partim ad saxa nauis restis adha-
rentium. Contra in Thucidide, quod notat Ha-
licarn. & in Homero, & cæteris, pleraque de
industria inuenias austeram, & vt ait Demet.
Phalereus ποταμῶν προσκρῖνοντο εὐκρίτα.

Secundò notat structuram orationis, quæ
fermè est in isto dicendi genere, sine vllò hia-
tu, & collisione vocalium. Tales sunt Isoct. o-
rationes totæ ductiles, in quibus raro synaoce-
phas, difficile ἰσοκροσῶν inuenias.

Tertio notat mediocritatem periodorum,
quæ etiam ad suauitatem attinet: austerum e-
nim est & graue longis orationis anfractibus
elidere spiritum.

Postremò varias figuras dictionis enume-
rar, vt antitheses, Hæcola, anaphoras, anadiplo-
ses, &c. quæ orationi iucunditatem aspergunt,
& hæc de florido, & elaborato stylo.

De optima figura dicendi, & de decoro.
CAPVT XL.

Verum quæres, quid in tanta styli varietate
constituendum sit, & quis demum op-
timum orationem character deceat. Est illud
quidem in rebus humanis satis vsu cõproba-
tum, nihil esse omni parte beatum esse, & vt ait
Homerus. ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ ἕτερον δὲ
ἀνένευσεν. Hoc ipsum in ratione dicendi con-
tingit, in qua raro reperias orationem ex omni
parte

Exempla
suauitatis
Homerum
Odyss. 6.
Vergilium
Aen. 1.
Cic. 1. de
nat. deor.

parte absolutū. At si quis talis esset, vt pro re-
rum varietate omnia dicendi genera perfecte
tractaret, is demum videretur perfectionis apice
consecutus, quod vnus Cicero supra Gre-
cos, Latinosq; admirabili dextertate videtur
præstitisse.

Από τῆς
quid.

Is orator à Græcis dicitur *δανός*, & hæc est,
vt ait Herimog. *δανότης χρῆσις ὀρθῆ καὶ ἀναρ-
εῖδων τῶ λόγου*. Rectus vsus omnium generū
dicendi.

Πολιτικός
δῆλον.

Eadem *δανότης* dicitur *πολιτικός λόγος*, quod
perfectum in rebus ciuilibus oratorem, his o-
mnium virtutum generibus expolitum, atque
illustratum esse oporteat. *ὁ μόνι τῆ ἀριστή μίξιν
χρησάμενος τούτων τ' ἀριστον ἀγαθὰ τ' πολυ-
λεξὸν λόγον ἐργάζεται*.

Atque in eo maxime spectandum est deco-
rum personarum, ætatum, locorum, temporū,
quod eruditè notauit Lud. Viues.

Eloquentia
sive stylus
puerilis.

Si puer est dicit sententijs paruis, leuiculis,
frivolis, argumentis infirmis, locis inanibus,
excursionibus ad fabellas, & nugis, iocis frigi-
dis, improprijs translationibus, crebris figuris
similiter cadentibus, & desinentibus, tinnitu
compositionis, & delitijs comparatorum, cō-
positione obscura, & hoc in puero non modo
toleratur, sed etiam plerumque placet.

Inueniunt o-
ratio sive
stylus.

Iuuenilis oratio solet esse nimia, calore pu-
gnaci, accurata, ornamentis illustris, composi-
tione cōcinna, & suavis, crecta, audax, præcul-
ta, interdum deliciosa, lasciuia, ludibunda, stru-
ctura molli, & delicata. Corinthijs operibus nō
dissimili. vbi deseruit calor, apparet meticu-
losa, circumspecta, pedetentim ingrediens, res-
pressa tractatione affectuum, pugnacitate ar-
gumentorum, ornamentis quoque, & cultu
diminuto.

Virorum

Virilis solet esse magni ponderis, profunda
intelligentiæ, argumentis solidis perexta, cir-
cūtu solutiore, non tamen diffuso, aut negle-
cto, in ea translationes parciores, figura, ac
schemata ratiōra, verba nec noua, nec obsoleta
translationes, & superlatiōnes sobriæ, grauiras
in asserendo, contemptus minutiarum, & quod
extremū est grauitatis angustus quidā decor.

Sensib. pressum, mite & sanctum tribuitur.
Iam verò si conditiones spectentur.

Principū.

Principum conciones esse debeat magnifi-
cæ, puræ, electæ, parcæ verbis, ample senti-
entijs, sensu simplici, prudenti, graui, sedato.

Rhetorum
Politicorū.

Rectores poli. i. a. curati sunt, & climati,
cādidi, graues, ab afflictione, & puerilibus mo-

tionibus alichi, vt videantur non è schola que-
sisse, sed hæreditario quasi iure nobilitatis à
parentibus possedisse eloquentiam.

Concionæ-
torum.

Concionatorum oratio debet esse solida,
grauis, sãcta, casta, sobria maxime, vbi de Deo,
& arcanis mysterijs, vt in principijs fieri solet,
adhuc sedatus sermo est: Altius ingressis lice-
bit se atrollere figuris, copiasq; & laxitate ora-
tionis diffundere, semper tamen apud populū
dicentibus competunt propria vocabula, aptæ
translationes ex rebus notis, conformationes,
& figuræ omnis generis, oratio plena, succu-
lenta, clara, diferta, exemplis, & dictis intexta,
& vbi opus est incitata, ardens, pugnans.

Philosophi-
cum.

Philosophi sermo de virtute simplex sit,
purus, integer, validus, sanctæ matronæ non
dissimilis, quæ extra fucum naturali pulchri-
tudine enitescit. De rebus naturalibus erit a-
cutus, offensus, asstrictus, enucleatus.

Sophistarū.

Sophistarū, aut Rhetoris ad voluptatem di-
centis genus dicendi est teres, lenè, succisum,
candidū, molle, pellucens, illex omnibus gra-
tijs, & veneribus affluens. Si personæ auditorū
considerantur. Qui cum auctoritate loquitur
ad inferiores totus est in rebus, circūstantiæ
personarum minus curat, quanquam, & pru-
dentibus curanda sunt. Nullus est adeo abie-
ctus, cui non aliquid debeat; habet & pilus
vmbra suam.

Decorum.

In oratione minoris ad maiorem personam
debet eminere sollicita reuerentia, & pudor.
Orationes modulata, canora, subiles, arguta,
quæ nimis liberè, aut ludere, aut quod magis
imperiosum est docere videtur, vitis grauibus
vulgo displicent, cum à iunioribus dicuntur.

Ad summum videndum an locus sacer sit,
an profanus, in profano ciuilius, in sacro augu-
stius, & sanctius præcis auricularum stoculis
agendum. Neinde tempora etiam incurrunt, &
negotia, in quibus modo vernans, & lata: mo-
do simplex, horrida, & quasi detractis ornamē-
tis debeat esse oratio. Nonnunquam tonandū,
fulminandum, frangendum. Nonnunquam et-
iam superciliosi, morosi, suspicaces, irritabiles,
blandè, circumspectè, remota omni ambigui-
tate, & quasi molli articulo tractandi. Consti-
lium, relique, locusque dabunt.

Satis de optimo genere eloquentiæ dictura
est. Nunc de ingenio, doctrina, exercitatione,
& imitatione, quibus præsidjs ipsa compara-
tur disseramus.

Finis libri secundū.

P

DE